

Br. 27. num. 8. 1702, 14

23.

Q. D. B. V. 1702, 14
DISSESSATIO JURIDICA INAUGURALIS

16

De

PROBATIONE FI- LIATIONIS

In qua simul

De

SUPPOSITIONE PARTUS

Von

Bey- oder hingelegten Kindern

AGITUR

ET TOTA MATERIA PRÆJUDICIIS QUÆ
AUTOR IN FORO CONTRADICTORIO OBTINUIT
LOCO CONVENIENTI ILLUSTRATUR

Quam
DEO PROPITIO
IN INCLUTA ACADEMIA JENENSI
PRO LICENTIA



HONORES DOCTORALES ET PRIVILEGIA

Rite & Legitime consequendi

publicæ disquisitioni submittere constituerat,

FRIED. JOH. Stodt /

Regim. Reg. Boruss. Halberstad. Adv. Ordin.

Ob intervenientem vero illius mortem ex beate defuncti dispositione
in lucem ediderunt ejusdem HERedes.

J E N A,
Literis WERTHERIANIS. 1702.

8½

H. Medico Dr.

DISSESTITIO LINDEA INHORVIA

PROGATONIE ET
LATONIS

SUPPOSITIONE PARTIS

DEO PROPTIO

IN JERICATA CADAMIA FENNST

IN CORTINA TERRAECIA

OPICELASHEMUS HEDDES.

FRIEDRICH

FRIDRICH

FRIDRICH

FRIDRICH

JOHANNES BERNHARDUS
Briese / Jct.

Consil. Sax. Aul. & Consil. nec
non Prof. Publ.

L. S.

Vetus & tritum illud. Hominem proponere, Deum vero disponere, omnes sane in se veritatis numeros habet, nec diffitebitur, nisi qui curam & providentiam Dei, rerum humanarum moderatricem nefario negabit aucto. Summi enim, quod in cœlis est, Numinis nutus & dispensatione sunt, qua sunt. Unde umbra & somnii species pra se ferre judicandum, quicquid universus mortalium cœtus cœcō molitur impetu. Quem enim ad modum umbrâ nihil fugacius, nihil inanius, & somnium prius, quam tenetur, elabitur & transit non revocandum ita semel atque iterum & sapius omnino, quam numerare facile sit, prater omnem spem & opinionem evanescere & in fumum ventosque abire videmus, qua antea intento agitata fuerunt animo. Discutit summus rerum

)

rerum arbiter Deus, & intercidit, quæ molliuntur homines. Prater Pandectas scripturarum divinisimas hoc suò confirmant calculo Sapientum monumenta illustrissima. Ita ex Gentibus L. Annaus Seneca, quem magnum inter magnos Virum & sapientia humana fons tem Lipsius vocat: Ex improviso sæpe revertunt Dii, quæ proposuerunt sibi homines. Et Aeschylus: οὐ ποτὲ τὸν Διὸς αἴματα θραύσαι περέχειν βολαί; Nunquam Jovis ordinationem prætereunt hominis consilia. Optimè vero ac elegantisime hanc in rem scribit Nicephorus: Quid opus est sacras providentias rationes recensere, quæ res nostras gubernans eò fine concludere solet, quem ignoramus? nunc sperato, nunc insperato: non secus ac si quis Piræo egressus Aegeum mare trajicere instituat, septentrionum vero vi in Cretam & Sardiniam præter expectationem deferatur. Nec desunt exempla, quibus hoc statuminare possemus; sed cum littus legere & illud Friederici Johannis Stockii b.m. Advocati Regii ordinarii longe felicissimi tanquam portum respicere liceat, supersedemus nos per immensum aliquod exemplorum aquor diffundere. Hic enim

151. 56(0)5.

enim postquam solidā Juris Utriusque notitia ornaverat animum, ante aliquot mensū spatium statuerat in almā Salanā eruditī laboris primum ambire summosque in utroque Jure obtainere honores. Ast en turbatos ejus circulos! Iter molientem vehemens invadit morbus, in lecto defigit, deartuatim acutissimis vexat cruciatibus, succo pariter & vigore privat, & ferali denique iētu percutit. Quantum jactura forā ex eis oblitū ceperint, anxia Clientum querela, subjectaque Virorum, quos Orbis eruditus colit, encomia clarissimis loquuntur pignoribus. Lugent eum summi, medioximi, infimi, in quantum humani animi dolor intelligi potest. Neque enim nascuntur Viri egregii temerē, nec sunt tām facile, quām defiunt. Quot, quoq[ue], disciplinā annorum & experientiā opus est, ut perficiatur aliqua egregia indoles, qua salutem publicam insigniter juvet & promoveat? Rabulis quidem, qui ad causas sine ulla juris scientia audent accedere, scatet orbis. Ast qui Stockio similes, artem justi & aqui tenent accuratius, consilium dare norunt, qui opus habent, ac respondere

pru-

35 (o) 58

prudenter, qui adeunt eis querunt, desiderari non raro cœperunt. Insigne Stockiæ editionis documentum prabet Disputatio quam constituerat habere inauguralem, non dunt axas ex Doctorum monumentis constipata, sed præcipue ex casibus quos ipse non sine eximia nominit famâ obtinuit, summo collecta studio. Digna ergo omnino virtus, quæ typis describatur publicis, nomenque defuncti ab oblivionis cineribus vindicet. Fruere itaque L. B. post fata suprema beati viri fructibus suavis simis famamque illius Tibi habe commendatis simam.

Vale. Jena Mens. Octobr.
Actoꝝ MDCCL.



ILLUSTRISSIMO,
REGIMINI
ET
CONSISTORIO
HEMIPOLITANO,

HANC SUAM INAUGURALEM DISPU-
TATIONEM

Se, suaque Studia commendatus
devota mente
offert
AUCTOR
humilissimus
Fried. Joh. Stod.



COLLEGIORIO

Antefatio.

Dates raterlapsi sunt anni quatuordecim & quod excurrit, *Lector Benevole*, cum in alma Salana animum ad sanctorum legum studium applicans, inter alia mea, tum privata, tum publica d'putationis exercitia, peculiare thema: *De Jurisdictione Consistoriali* conscriptum, publice defenderim, quibus in thesibus methodo usus sum tali, ut
(1.) thermatis naturam in genere, mediante definitione nominali & reali, (2.) in specie, in suis consentaneis secundum ordinem causarum externarum & internarum, nec non effectuum considerarem, quæ methodus, cum nostræ jurisprudentiæ apposite conveniat, & materiam apte satis disponat, etiam hac vice cyno-

35 (5) 35

cynosura meæ inauguralis disputationis erit.
Incidi autem in materiam probationis filiationis & suppositionis partus, ex duplice causa:
Primo, quia hæc materia quodammodo Jurisdictionis consistorialis objectum constituit,
& cum themate proxime relato quandam affinitatem habet. Secundo, quia materia probatio-
nis, in specie filiationis, tot difficultates in
foro generat, quas circumspectus Advocatus
vix superare potest. Ipsi quoque Doctores de
illa ubique tam varie & hæsitanter discurrunt,
ut sè penumero incassum consulantur. Præ-
ter dispositionem & elaborationem practi-
cam mihi nihil vindico. Quapropter ne ar-
bitretur quisquam me hic monosophum age-
re, & hanc materiam tanquam noviter inven-
tum, in qua jam tot excellit ingenia desuda-
runt, omnibus numeris absolutam tradere
velle, nequaquam: veniam potius me impe-
tratum confido, ab eo, qui præter gravitatem
materiæ concatenateos meos labores forenses,
qui me totum requirunt, & gravissima cor-
poris symptomata, quæ me perpetuò premunt,
& quandoque totam corporis oeconomiam
destruunt, paulo altius expenderit, quo de illi-

A 3 judi-

judicent, quies statio & vita mea penitus perspecta est. Huic igitur dissertationi, in qua Latiali Veneri, & festivitati styli, studere non licuit, favorem suum, ob Auctoris ingenii culpatam, aliasque causas expositas, denegare ne velit *Benevolus Lector*, opus exactius ab illis Juris, Justitiaeque Atlantibus exspectaturus, qui caput inter sidera condunt, maximo rogo opere.

Cap. I.

De probationis filiationis & suppositionis partus definitione.

Th. I.

Nevolvendis natalibus, & investigandis derivatis vobis vocum, probationis filiationis, & suppositionis partus, tempus non conteram, sed eos inquisitioni illorum relinquam, quibus major cura verborum, quam rerum, quibusve bellum Grammaticale dulce est: Quare sine longo verborum ambitu, me ad ipsam definitionem realem, & divisionem conferam.

Th. II.

Est autem probatio in genere, actus judicialis, quo litigantes, de facto controverso, vel de re dubia, per argumenta judicii fidem faciunt; uti *Celsus* innuit in *I. i. 2. ff. de probat.*

Th. III.

Dividitur probatio ratione *causa instrumentalis*, in artis

S(7) S.

artificialē & inartificialē. Illa est quæ ex re ipsa nascitur, & à probante per beneficium dialectica eruitur, diciturque argumentum in specie, de qua *Everhard. in Topic. legali*: *Hac vero, quæ sit per argumenta inartificialia extrinsecus assumta, ad quorum inventionem, ars nihil confert.* e.g. testes, instrumenta, chartæ partita, ausgeschmittenæ Zettel, bacilli crenis incisi, Kerbhölzer &c. Interim, cum allatæ fuerint, arte omnino tractandæ sunt, quamvis ad eas inveniendas, ars nihil prospicit: Facillime enim probatur in modo articulandi & disponendi errare, & in formam impertinentium incidere potest, si articuli probatorii, sine arte & ingenio acumine ad centrum controversiæ directi non fuerint. Id quod novissime in puncto bigamiae civiliter intentata, ubi adversarius articulos probatoriales formaverat super ejusmodi actibus, qui etiam sine matrimonio consueverunt exerceri, obtinui per Sentent. die 21. Nov. 1701, in Regio Consistorio Hemipolitan, publicat: *Dass wenn gleich der Beweis nicht desert und erloschen / die übergebene articul dennoch als impertinent zu halten / derowegen Beklagter / fals Klägerin hinnen einer doppelten Sachsischen Frist den Beweis nicht noch besser und concludenter führet / von angestellter Klage zu absolviren/ gestalt wir diese dahin an und in eventum à lumine judicii abweisen.* W. R. W. Eadem circumspectio, & crisis practica, requiritur circa modum articulandi in iudiciis possessoriis, ubi quis per inspectos articulos ex summarissimo facile in ordinarium, aut petitorium delabi potest. Sicuti obtinui pro præfectur: H. contra H. U. per sententias à Facultate Juridica Marburgensi & Altorsina die 29. Junii 1699, & 22. April. 1700.

ibid

pro-

pronunciatas : Ratione effectus probatio dividitur in *plena*, quæ sola sufficit ad faciendam Judici plenam fidem de re controversa, & *minusplena*, quæ Judicem plene non instruit, sed alio adhuc administriculo indiget. Quanquam vero hæc divisio communi Doctorum calculo approbata, & in foro recepta sit ; tamen in puncto juris eam minime legalem, sed à Dd. confictam, & errore interpretum in judicia invectam esse, quippe quæ legibus non modo non suffulta nec munita sit, sed legibus etiam & juris rationibus aperte refragetur, cum aliis judicat Wissenb. *Diss. pand.* §2. 8. 3. Illud adhuc notandum est, probationis vocabulo neque confessionem, neque jusjurandum, neque præsumptionem propriæ contineri, licet vim & effectum probationis habeant. *Ulpianus in l. 11. §. 10. ff. de jurejur.* *Paulus in l. 30. ff. eod.* Et potest Judex ex rationabili causa, probationem proprie sic dictam, & per Judicatum jam impositam, in aliam minus propriæ probationis speciem convertere, idque ex officio, quamvis à parte non fuerit imploratus. *Dn. Merv. P. 4. Dec. 6.* Ita mihi in Causa L. Aquil. A. contra H. à Facultate Juridica Rintlens. die 26. Febr. 1698. in nostro Prætorio responsum est : *Daß Verflagnen annoch frey gelassen/ binnien 4. Wochen post publicationem hujus Sententia, ratione der/ an Klägers Seiten zuerst verübten Thätlichkeit den/ disfals in sententia Doctorum Jenensium de publ. den 1. Octobr. 1697. imponirten Beweis/ vernüttelst des Juramenti Judicialis gehörig zu führen.* Quoniam vero secundum ordinatiōnem processus Hemipolitanam, huic juramento amplius locus esse non poterat, causa per appellationem ad Illusterrimum Regimen devoluta est, quod hoc Juramentum Judi-

33(9)58
Judiciale in suppletorium per sentent. de publ. die 23. Nov.
1699. commutavit, qua Sententia postea in leuteratione
à Facultate Juridica Altrossina die 12. Maii 1701, confir-
mata fuit, largissimis in id congregatis rationibus deciden-
di, quas propter amplitudinem apponere supercedeo.
Ultimo hic queritur, an duas semiplene probationes
unam plenam efficere possint? ita concludo cum Impe-
ratore Philippo in l. 4. C. de probat. Mev. p. 8. Dec. 334. n. 8.
& Carpz. in process. tit. 13. art. 3. n. 85.

Th. IV.

Accedo ad definitionem sive descriptionem filatio-
nis, cuius conceptum definitivum antequam exprimam,
ad illustrationem nonnulla præmittenda sunt. Notum
est, homines in nostra Jurisprudentia respectu statu vari-
e distingvi, in civilem scilicet & naturalem, uterque suas
habet subdivisions. Etenim secundum statum civilem,
sunt vel liberi vel servi, vel cives, vel peregrini, vel patres
vel filii familiæ, secundum naturalem, vel nati, vel nasci-
turi, alii masculi alii foeminae, vid. t. r. ff. de stat. hom.
Porro filatio ipsa est multiplex, alia enim est naturalis &
legitima simul, quæ oritur ex legitimo toro, alia legitima
tantum, quæ arrogatione & adoptione nititur, alia
naturalis tantum, quæ olim ex concubinatu, hodie ex
concubitu illico, soluti cum soluta & honesta venit,
& denique alia neque naturalis neque legitima, quæ ex
damnato coitu progerminat. Sicuti vero ex hisceappa-
ret, vocabulum filiationis æquivocum esse, ita sequitur
sua sponte, filiationem per unum conceptum definiti-
vum efferrri non posse, sed aliam definendi rationem re-
quirere. In genere autem si describenda est, dicam,

B

quod

quod filatio sit qualitas moralis, oriens ex statu familie,
vi cuius, liberi agunt aduersus parentes, qui se parentes esse
negant, ad hoc, ut declarentur parentes, & contra, quæ da-
tur parentibus aduersus liberos, qui se liberos esse negant,
ad hoc, ut declarentur liberi. Cui affinis est, quæ uxori ad-
uersus maritum, & stupratoræ contra stupratorem, ex inter-
pretatione juris, ob similitudinem competit, ad partum ex
se editum agnoscendum tanquam suum, conferat: r. r. ff.
de agnosc. Et alend. liber. vel parent. Unde facile liquet,
probationem fil. nil esse aliud, quam de filiatione alicui fi-
dem facere.

Th. V.

Hilce absolutis, accingo me ad descriptionem supposi-
tionis partus: non autem hic intelligo suppositiones illas,
quæ in propositionibus fiunt, de quibus Logici, fusius age-
re solent, neque per partum, pariendi actum, sed ipsam
prolem, & suppositionem, quando dolose aliquis homo
singitur esse filius, qualis revera non est, ac per id veritas
immutatur in præjudicium tertii; quod sit substituendo
vel supponendo alienum partum, cuius meminit *Hermo-*
genianus in l. 46. ff. de jur. fisci, nec non *Ulpianus in l. 1. pr.*
ff. de agnosc. Et alend. liber. Et *Paulus in l. 19. §. 1. ff. ad L.*
Cornel. de falsis. Alia adhuc species suppositionis in jure
occurrit, scilicet si quis aliam personam pro alia in
contractu, testamento, judicio, aut alias quomodoconque
supponit, cuius rei exempla referunt *Jul. Clar. lib. 5. sen-*
tent. S. testamentum. qu. 59. Petr. Caball. resolut. Crim.
Caf. 176. N. 12. Verum illa, non hæc erit hujus loci.

Cap.

CAPUT II.

De probationis filiationis causa
efficiente & subiecto.

Th. I.

Probationis filiationis causa efficiens est lex, quæ requirit probationem a litigantibus, qui scil. aliquid assertunt. *Imperator Antoninus in l. 4. C. de edend. judice interloquente. Innocent. III. in C. contr. X. de probat. inspe-*
cie nostro casu probanda est intentio actoris, scil. filiative paternitas, nisi sit in quasi ejus possessione, tum enim transit onus probandi in alium. Modestinus in l. 15. ff. de probat. Lauterbach, ad ff. tit. de agnosc. & alend. liber. quæ limitatio tamen sublimitatione temperanda est in iis, quæ cum libertate naturali, vel jure communi pugnant, in his enim quasi possessio non relevat ab onere probandi, sed ea non obstante, prætendens obligatus est ad probandum. Pacian, lib. 2. cap. 20. n. 6. 7. 8. 9. de probat. Brunnem. ad l. 9. C. de servitut. & aqu. Struv. Ex. 13. th. 44. Klock. Vol. 2. Consil. 8. n. 134. Ita in materia servitutis responsum est in nostro Prætorio à Facultate juridica Hallensi in Causa H. L. contra J. G. Dass Beklagter seine Befähnis wegen der habenden Gasse/entweder durch die vorgeschäste Verjährung/ oder anderer gestalt hinten gewöhnlicher Frist zu erwirken schuldig/ entweder dem Kläger sein Gegen-Beweis/ Eya des-delatio, und andere rechtliche Nothdurft billig vorbehalten wird/ ferner darauf zu beschehen was recht ist. V. R. Wa Rationes decidendi potiores erant: Die weil Beklagter hierzu kein ander Mittel/ als die negatoriam actionem ero

weshen können / welche in Rechten dergestalt privilegiert /
 daß wenn gleich der adversarius, sich in quasi possessione ser-
 vitutis fundiret / dennoch seine Befugniß erweiseñ muss /
 cum hic possessor contra se præsumptionem habeat, quod
 omnis fundus præsumatur esse liber, quo casu possesso
 non relevat. *Carpz. lib. 1. Rep. T. n. 11. & segg.* Sive autem
 agat, sive conveniat ille, qui dicit se filium alienus,
 probare debet filiationem, qui enim se fundat in qualita-
 te; illam probare tenetur, nec quis admirari debet ut talis,
 sive agat, sive excipiat, nisi prius probet se talem. *Masard.*
Voll. 3. Concl. 687. n. 22. de probat. Martin. ad process. saxon.
viii. 20. 18. 1. n. 73. & segg. Quaritius autem, an actor, non
 exspectata judicis sententia, vel decreto, statim probatio-
 nem eorum, quæ negara sunt, suscipere possit? plus vice
 simplici in Regio nostro Tribunali id egi, sed acquiescente,
 & non contradicente adversario, quod etiam reluciente
 parte adversaria posse, nullus dubito, per *Recess. Imper.*
Ratifi. de anno 1654. § 35. nisi partes circa modum & tem-
 pus, nec non ipsam probationis admissionem, ut & thema
 probandum, inter se dissentiant, quo casu ad judicis offi-
 cium pertinet, item hanc per interlocutoriam dirimere.
 Ita in nostro Schatu in causa A. G. contra T. K. die 26.
 April. 1699. obtinui, ibi, cum infer alias dilatorias, etiam
 exadij. juramento Calumniæ generalis eventualis litis con-
 testationi annexa esset, & actores, non subsecuta interlo-
 catoria judicis, probationem adductum eventualis litis
 contestationis anticipare vellent, repuli illos exceptiones,
 nondum purificatae litis contestatioñis, ad quam emanabat
 decretum, weil Beklagter ditem nicht pure, sondern
 cum conditione, daß vorher der Punkt wegen des jura-
 menti

55 (13) 55

menti Calumnia generalis erörtert werden müsse / nur zu
dessen facilitirung contestaret / bis dahin der Beweis in
suspensi zulassen / in quo decreto , quod juri & rationi
conveniens esset , vid . Carpz . in proc . tit . 9 . art . 1 . n . 79 .
§ 80 . actores acquiescebant : docuit vero eventus , hanc
protestationem & resistentiam effectu non caruisse , dum
actores hoc Juramentum , ipsis per sententiam die 29 .
Octobr . 1700 . publicat : impositum recusantes , causam
per modum appellationis Illustrissimo Regimini commi-
sere , in quo ad præsens usque tempus , suspensa causa prin-
cipali diversa quæstiones præjudiciales , quæ postea sub-
orta sunt , totamque causam principalem salvabunt , ven-
tilantur . Silento quoque hic non prætereundum est ,
quod non admittenda sit probatio , quamdiu , an compe-
rat actio , controvertitur , juris enim ordo postulat , ut
prins constet , an actioni locus sit , quam ut , quod est in
actione , in item admittatur , eleganter JCrus ut optimus ,
ita de foro meritisimus Mev . p . 6 . Dec . 382 . Illustratur hæc
thesis sequenti casu , quem in Tribunalii Regio adhuc disce-
ptamus : Titius & Mevius duo creditores christiani
concurrunt cum Judæa Zypora , & urgent solutionem ex
bonis mariti fugitivi , illi , ex capite debiti , hæc , ex capite
dotis & illatorum , creditores christiani in specie Mevius ,
cujus causam ego ago , obloquuntur Judæa , eamque pri-
vilegii dotis & juris prælationis incapacem ajunt per ex-
pressam Novellam 109 , confer : Martin . in proc . tit . 43 .
§ 1 . n . 252 . ideoque ad probationem illatorum , quam præ-
tendebat Judæa , non esse admittendam , quippe quæ fru-
stranea foret , dum ipsi nulla prærogativa , nec actio inten-
tata competeret , causa conclusa , Prætorium nostrum pro-
nunciabat die 23 . April . 1700 .

Dab

Dass des Debitoris Ehe-Frau mit ihren angegebenen
Ehe-Geldern/ so weit Sie dieselbe wird rechlicher Ge-
bühr erweisen können/ zwar zu hören/ und wenn Sie
mit den Creditoribus darüber verfahren/ hat Sie bei-
künftiger inclassation, deßhalb locum competentem
zugewarten.

Rationes decidendi erant: *Quia Iudei à Principe in suam tutelam recepti utuntur jure Romano.* Ego, qui ex hoc decreto nullum præjudicium metuebam, dedita operare medium suspensivum adhibere noluī (1.) quia, re penitus inspecta, mea intentio per id magis confirmabatur; si enim Iudea jure Romano utitur, sequitur, quod dicit. Nov. 109, quæ ipsi jus prælationis auffert, uti, & secundum eam suam in classificationem, & locum competentem exspectare debeat, (2.) quia jure separationis meo clienti prospectum, (erat enim debitum paternum, quod & pars adversa, & concreditor admisit: quod enim de novatione in secunda instantia adserebatur, fundamento omni destituebatur: novare liquidem heres non intelligitur, qui creditum defuncti, in se recipit, licet & pignus desuper constituerit: *Mev. P. 2. Dec. 338.*) (3.) quia, licet Iudea admitteretur ad probationem, nihilominus secundum jus romanum judicandum esset, quod Iudeis contra creditores christianos jus prælationis non tribuit, ut illata & dotes plene probaverint (4.) quia sententia in prætorio publicata, mera interlocutoria erat, quæ per communem Doctorum assertum, tam stricte in judicatum non transit, uti late per textus juris & authoritates Doctorum contra me respondit Facultas Juridica Altorfina die 26. Septembr. 1699. in Tribunal Reg: publicat.

in causa D. G. ju. N. contra D. G. v. N. Et haec sunt funda-
menta, propter quæ leuterare, & litem multiplicare no-
lui. Interim domino collegæ, qui Titio patrocinabatur, té-
norem sententia referebam, qui appellatione interposi-
ta, felicissimam reformatoriam reportavit: nam Illustris-
simum Regimen in concipienda sententia doctiorem li-
mam adhibuit, & secundum Novellam 109. pronunciavit;
respectu vero Mevii, mei clientis confirmavit senten-
tiam priorem, propter autoritatem rei Judicatæ, & sic
salutare meum pro cliente in abbrevienda lite conce-
ptum consilium, in meum præjudicium conversum est, in-
terposita vero leuteratione, per rationes proxime relatas,
reformatoriam exspecto, maxime, cum contra Judæos ex
juris rigore pronunciandum, & omni benigna legum in-
terpretatione indigni sint. *confer. Martin. cit. loc.* Sed
quid si periculum si in mora, & metuendum ne probatio
pereat? respondetur, tunc Commissio in perpetuam rei
memoriam solet decerni, quod remedium nostra Jurispru-
dencia, ne intereat fides rerum, observat. *Gall. 1. Obs. 93.*
n. 2. & seqq.

Th. II.

Quod si vero actor in ejusmodi sua sponte suscepta
probatione succumbat, reus absolvendus est, quod tamen
fecis est in reo, qui, licet ultro ante probatam intentio-
nem actoris, onus probandi in se recipiat, tamen non con-
demnandus, nec reprobatio hoc casu ei deneganda est, ut-
ut aliter res se habeat, intentione actoris probata. Reus
enim duo jura habet, unum, quod actore non probante,
obsolvatur, alterum, quod ipso non probante, etiamsi ex-
presse probationem sua exceptionis in se recepisset, con-
demnan-

demandus non sit, sed actor nihilominus teneatur probare suam intentionem, qua non probata, reus adhuc absolvendus. *Imperator Antoninus in l. 4. C. de edend. Imperatores Dioclet. & Maxim. in l. 9. C. de except.* ibique Brunnemann. *M. v. p. 4. Dec. 316. Sibneidevvin. ad §. 1. J. de action. n. 67. & 68.* Cæterum an Practico satius sit, intentionem actoris simpliciter negare, vel sub præsidio & beneficio l. 9. C. de except. exceptiones peremptorias opponere, & sub hac tutela articulos exceptionales vel elisivos offerre, de eo vide Brunnem. *ad cit. l. 9. C. de except.* Ego aliquoties sub favore & beneficio l. 9. C. de except. rem feliciter egi. Quod novissime in Causa J. H. contra M. R. factum, in qua actrix consummationem matrimonii urgens, asserebat, spem conjugii factam tempore adulterii. Ego prævia litis contestatione, sub beneficio l. 9. C. de except. opponebam ex jure Canonico, quod in hoc punto in terris Imperii sequimur, quod adultero, adulteram in uxorem ducere non liceret, si spes conjugii facta fuisse tempore adulterii, proinde actrix ne quidem ad probationem intentionis admittenda esset, quia probatum non relevaret, in terminis ita statuente, *Dn. Strykio ad Brunnem. jus Eccles. cap. 16. §. 16.* respondebant Jcti Effurtenses die 11. Julii 1701: Dass Beklagter von angestellter Klage zu absolviren compensatis expensis. V. R. W. quæ sententia, postea in leuteratione à Consistorio Regio approbata & confirmata fuit. Antequam ad probationis filiationis subjectum progrediar, adhuc quæstio non inelegans in materia probationis enodanda venit, an scilicet post juramat instrumenti disfessionem, actor probationem contrarii suscipere possit? affirmo, ista enim jurata disfess-

dissessio id tantum operatur, ut sistatur processus executivus, & probatione actor in processu ordinario opus habeat. *Mev. P. 3. Dec. 172.* & *P. 6. Dec. 278.* Etenim ista jurata dissessio loco litis contestationis negativa. *Carpz. v.* in Proc. cit. 22. art. 2. n. 23. & 29. *Cib. 4. Resp. 9. n. 9.* Sola vero negatio intentionis actoris, aut impugnatio instrumenti, non sufficit ad sententiam absolvitoriam, sed pleniori causa & instrumentorum discussione opus est. Et quamvis *Carpz. in proc. cit. 22. art. 2. n. 32.* & *seqq.* putet, facta jurata dissessione, reum absolvendum esse, tamen si bi ipsi suam inconstantiam ostendit, *Iib. 13. Roff. 63. n. 21.* Et huic sententiae, tanquam in jure nature fundatae, album calceolum adjiciunt, eamque in judicando sequendam esse censem, *Berlich. P. 1. Concl. 44. n. 55.* *Rauibbar. P. 2.* *qu. 4. n. 40.* Obtinui quoque eam, contra juramentum dissensionis credulitatis, in causa G. S. contra J. J. in praefatura Gaterslebens, à Facultate Juridica Erfurtense die 17. Novembr. 1699. eamque jam in alio casu contra juramentum dissensionis veritatis me obtenturum spero. Requiritur autem necessario, ut probatio contraria, sit noviter reperta, neque suo effectu destituitur, si quis contra juratam dissensionem in ipso jurandi termino competencia reservet, *vid. Richter. Dec. 8. n. 93.*

Th. III.

Subjectum, cui probatio filiationis fieri debet, est index secundum *JCum Celsum* in l. 12. in fin ff. de probat. nostro casu Ecclesiasticus. filiatio enim & paternitas, & ab iis dependentia jura, meo judicio, recte ad causas ecclesiasticas refert Theologus singulari scientia juris Canonici & ecclesiastici præpollens *Weberus de consiliis. C. 27.*

C

p. m.

p. m. 336. quoniam Consistorium etiam de causis mixtis statuit, quod matrimoniales, usurarum, alimentationis, & deflorationis causæ, clare demonstrant, & usus fori nostri quotidie comprobat. Satis vero prudenter nostra Jurisprudentia ordinavit, fidem Judicii, non adversario faciendam esse, secus probatio nuncquam satisfaceret adversario, etiamsi omnia probationum adminicula in unum conferres, adeoque solem ipsum, pro ostendenda veritate in manibus gereres. Recte igitur docet *Carpz. in Pro-cess. tit. 15. art. 2. n. 24. & segg.* Judicem in attestacionibus testium prolixitatem allegatorum non curare, sed ipsum ex actis extrahere debere, quæ ad probationem negotii & decisionem causæ facerent, quoniam ad officium ipsius pertinet, super probatione cognoscere & statuere, vid. *Arist. l. Rhet. l.* Non vero hic, & in quibuslibet aliis processus materiis, & causæ meritis, excludo succinctam juriū deductionem & applicationem, quam Advocati ad sublevandum judicis laborem, ipsumque clarius informandum, ut & factum, ejusque circumstantias exactius exponendas, non sine fructu, fori usu id testante, adhibent; Finis enim jurisprudentiæ proximus, est applicatio juris ad actiones civiles, circa quem finem, non minus Advocatus, quam Judex occupatus est, & esse debet, secundum *Imp. Justin. in l. 14. §. 1. C. de judiciis. Leon. & Antbe-nium in l. 14. C. de Adv. diversi. Judicior. Struv. Exerc. 28. tb. 8.* Cæterum non minus curiose, quam utiles questiones practicæ ad materiam probationis pertinentes supersunt: Quoniam vero animo non constitui primario de probatione differere, sufficiat, ex profundo probatio-nis pelago, guttulas solummodo quasdam haustisse, remitten-

33 (19) 33

mittendo, *Lectionem*, ad celeberrimos Practicos, rivos ingentes liberalissime suppedantates.

CAPUT III.

De objecto modo & forma probationis filiationis.

Th. I.

Objectum probationis in genere, vagum & varium, hic vero in specie est ipsa filatio, quæ probatio filiationis duplex, alia civilis, alia naturalis, hæc admodum difficultis, & non nisi ex rationibus naturalibus constare potest, hinc uno ore perhibent Doctores, illam quoad patrem directo probari non posse, & quidem recte, ex mente *Pauli* in l. 83. ff. de condit. & demonstrat. confer. *Dd. ad l. 6. ff. de bis*, qui sui vel alien. jur. Procreatio enim filiorum non cadit in certum sensum hominis, & nemo testificari potest, aliquem ab alio genitum, aut conceptum fuisse, hinc ejusmodi probatio difficultis, & fere impossibilis habetur, secus quoad matrem, quippe quæ semper est certa, juxta *Paulum* in l. 5. ff. de ius vocand. eaque certitudo per obstetrics, & alias personas, quæ nativitati potuerunt intervenisse, bene probatur, *Ulpianus* in l. 1. §. 10. ff. de ven. in fpic. Illa vero civilis probatio, per suas causas ostenditur, probata enim causa, presumitur effectus. Exempli causa, si mulier jurato (cæteris tamen paribus vid. insr. Th 6 & 7. hoc capit.) probet copulam Sempronii. Sempronius erit pater filii dicendus, scilicet quoad effectus civiles, quæ probatio civilis, non naturalis erit. Unico tamen casu, etiam directo quoad patrem filiationem probari posse,

C 2

Do-

Doctores communiter tradunt, nimirum si vir & mulier soli sub diligentissimis custodibus in carcere detenti fuissent, & postea mulier prægnans inveniretur; Sed quia in puncto cucurbitationis, & euculationis, practica est multiplex, ego in hoc casu, filiationem quoad patrem naturaliter probatam, indubitate credere non possum, custodes enim semper vigilare non possunt, &, ut Poeta querit:
Custodes sed quis custodiet ipsos?

Th. II.

Ut autem in probationis objecto & modo, omnem confusionem evitemus, quamlibet filiationis speciem separatim tractabimus. Prima autem & primaria filatio, in statu familiaria consistens, est, quæ fit *natura*, per *nuptias*, secunda, quæ fit *jure*, eaque vel adjuvante naturam, per *legitimationem*, aut imitante, per *adoptionem*, tertia, quæ oritur ex naturali, & illegitimo coitu extra statum familiariae, cui tamen iura familiaria utiliter applicantur ad consequendum quosdam effectus civiles, e. g. alimentationem. Nuptias quod attinet, censetur filius legitimus esse, qui natus ex uxore, cum qua maritus nuptias celebravit, & cum qua maritus eo tempore, cum partus conceptus, moratus est, *Ulpianus* in l. 6. ff. de his qui sui vel alieni. jur. ita ut tantum presumptive filius ex marito concipi potuerit. *Gaii* 2. lib. 97. n. 9. Inde firmissima hæc formatur regula: Quoties verum præcessit matrimonium, toties filius præsumitur legitimus, non adulterinus, adeo, ut nec matri in ultimo articulo vitæ afferenti filium non esse natum ex marito, credendum sit. *Sævo-*
In l. 29. §. 1. ff. de Probat. Ulpianus in l. 3. §. 1. ff. de SCto
S. 1. 4. 3.

Silanian. Imperatores Dioclet. & Maximian. in l. 6. C. de
test. Boer. Dec. 299. n. 7. 8. Struv. Exerc. 3. 2b. 43. mater
enim sola sua confessione non potest tollere presumptio-
nem juris, maxime propriam turpitudinem allegando, in
qua confessio rejicitur, conferat: clarissimum illud JCTo-
rum decus, Paulus Christinus in leges municipal. Meclli-
nicens. tit. 18. art. 4. n. 3. & 4. nec non Gail. 2. Obs. 97.
n. 7. & 199. qui docent, istam presumptionem, quando
aliquis natus est ex uxore in domo mariti, esse juris & de
jure, quæ contrariam probationem non admittat, hinc licet
filius patri sit dissimilis, & adultero similis, tamen firmo
ret talo pro filiatione legitima presumptione. Sed quid si
filiatio alicujus, à tertio quopiam in dubium vocetur,
indeque successio, & alia emolumenta hereditaria depen-
dantia? hoc casu duplum filiatum probari potest, (1.) si
probetur quasi possessione filiationis, quæ triplici ratione
absolvitur, (a) tractatu, qui consuevit ori à parenti-
bus, si ab eisdem quis ut filius tractatur, ex quo tractatus,
tanta resultat presumptione, ut nec mater, nec pater, filium
suum postea cum juramento negare possint, ratio, quo-
niā uti confessio filiationis semel facta, revocari in præ-
judicium filii non potest, ita multo minus tractatus, qui
simplici nominatione robustior est. Masicard. de Probat.
Vol. 2. Consil. 790. n. 2. Requiritur autem, ut actus tracta-
tionis legitime & concludenter sint probati. Masicard.
cit. loc. ubi ampliationes & limitationes. (b) nominatio-
ne parentum. Notanter vero in plurali numero loquor,
quia nominatio à sola matre facta, effectum constituens
di filium in quasi possessione filiationis non habet. Cla-
rescit hoc ex sylo Ulpiani in 1. 1. §. 2. ff. de quest. Quod
idem

idem in terminis ut ajunt, terminantibus dicit *Pontifex Innocent.* *Ill. in C. 10. X. de probat.* *Ulpianus in l. 1. §. 12. ff.*
de agnoscend. & atend. liber. Assertoria insuper nominatio, animo confitendi emissa, requiritur, sola enim enunciativa & perfundatoria, non sufficit, veluti si pater in libro scriperit manu sua diem natalis filii sui: tali die natus est mihi talis filius, vocatus tali nomine, ex me & uxore mea, vel concubina mea. (c) *fama & communi opinione populi*, quam tamen solam, sine nominatione & tractatu, vix sufficientem existimo, quippe quam Dd. semper aliis adminiculis & conjecturis fulciunt, praesertim in petitiorio, utet cum suis requisitis exacte probata, quasi possessionem filiationis efficere posset, secundum *Menoch. lib. 6. Præsumt. 353. n. 43. Mascard. de Probat. Vol. 2. Consil. 792. n. 10. (2.)* Filiatio ipsa probatur, (a) si probetur matrimonium suissi contractum, & ex illo se esse natum, (b) si supra enarratae præsumptiones simul junctæ concurrant, tunc veram filiationis probationem inde oriri tradit *Besold. P. 6. Cons. 296. n. 13.* Nuptiaz autem inter alia probationis argumenta probantur ex calendario ecclesiastico, aus dem Kirchen-Buche ejusmodi enim matricula pertinet ad ecclesiarum acta publica, qua non minus ac alia instrumenta publica, plenam fidem faciunt. *F. philipp. in Uisu Pract. instit. lib. 1. Ecclog. 47. per tot.* In hac materia contigit mihi ante annos aliquot curiosus & gravis casus, cuius patrocinium suscepi, quod ad præsens usque tempus, in Regio nostro consistorio præsto: Civis quidam Ascaniensis, qui stipendia sub Magno Rege Britannia, in proximo Bello Gallico meruerat, extremam militiaz manum imponens, literas dimissorias à Domi-

Domino suo Generali de Eppingen submisso petit, bitter
um seinen Abschied/ quibus imperatis, reveritur in suam
patriam, redux sibi connubio jungit senatoris cuiusdam
filiam, quæ ipsi intra legitimum tempus à die celebrata-
rum nuptiarum, peperit filiam; interim dum curarum
expers vitam vivit securam, & opificium coriarii inde-
fessa opera tractat. Ecce fortefortuna mulier quædam,
quæ se Elisabeth de Græff nominat, è pago quodam, ut
ajebat, nomine St. Nicolas, quatuor horarum spacio ab
urbe Antwerpia, dissito venit, afferens secum pusiones,
civem hunc maritum suum, & filiorum patrem amice sa-
lutans; Civis hac improvisa compellatione & insperato
adventu turbatus, mulierem convitiis & injuriis excipit,
& nisi mature evasisset, fustibus & pugnis istam percussisset.
Mulier rem desert ad Senatum, de veritate contracti ma-
trimonii attestatum einen Trau-Brief à Guardiano Con-
ventus Eclonianii Storum Minorum recollectorum pro-
ducens, sequentis tenoris:

Infra scriptus Conventus Eclonianii St. Minorum
recollectorum humillimus Guardianus legitima au-
thoritate fultus adstiti matrimonio inter Michaël
Felber & Elisabetham de Græff ultima Aprilis 1696,
secundum formam sacro sancti concilii Tridentini
inito, quod sub nostro Chrirographo officiique sigil-
lo testor,

(L.S.) Fr. Bernardinus Le Coccii,
qui supra.

Ex hocce testimonio de copula sacerdotali legitime adhi-
bita, mulier contra civem ad cohabitandum, ut & agno-
scen-

scendum & alendum liberos agebat; interim civis metu
carceris, fuga salutem quærebat. Post abitum civis, Se-
natus expressum tabellarium ad conventum Eclonianum
mittit, rogans, velit se certum reddere, an Michaël
Felber, tunc temporis miles anglicanæ cujusdam cohori-
tis, anno 1696. ultima Aprilis, cum Elisabetha de Græff
publice in conspectu ecclesiæ matrimonium inierit, &
num testimonium supra citatum, in hujus rei fidem à con-
ventu confectum sit? Hicce conventus, ad has literas
non respondet, sed tabellarium ad Guardianum Le Coccii
in aliud Monasterium Aldenarde tum temporis transla-
tum, ulterius mittit, qui hasce responsorias attulit:

Aldenarde 16. Sept. 1699.

Consultissimi Domini.

Testimonium matrimonii initi ultima Aprilis mil-
lesimi sexcentesimi nonagesimi sexti inter Michaël Fel-
ber & Elisabetham de Græff testibus p. t. Romano Rom-
mens, sacerdote Revollerto, & Otthono Willems, cui
(quamvis indignus) adstiti ut minister sacro sanctæ Ec-
clesiæ & testis qualificatus, testor esse verissimum, sig-
natumque convenit cum hisce inclusio, supplex rogans, ut
uxori suæ jungatur legitimæ, sinistri tamen ille nihil pa-
tiatur, in quem finem rogabo Deum

Dominationum vestrarum Humillimus
Seryus in Domino Fr. Bernardinus
Le Coccii quondam Eclonianus, nunc
Aldenariensis Guardianus.

Infra scriptus Conventus Eclonianii S. S. Mino-
rum Recollectorum Ord: S. Francisci Provincie
Comi-

Comitatus Flandriæ s. Joseph Guardianus testor;
appositorum sigillum, esse effigiem veri sigilli præ-
dicti faci cōventus.

(L. S.) Fr. Elias Crombou,
qui supra.

Hacce inquisitione & ventilatione pendente, ego præsti-
ta cautione, ab Illustrissimo Regimine Principatus Hemis-
politani, salvum conductum specialem, sub publico Regi-
minis sigillo impetrabam, quo accepto, revertebatur ex-
vis ad patrios lares, qui interim in Flandriam profectus,
Guardianum de crimine falsi apud Episcopum accusave-
rat. Hic ipsi instrumentum contrarium dare promisit, si
evangelicam religionem abnegare vellet, quod facere
recutavit. Quoniam autem Senatus loci, de hac quaſtio-
ne præjudiciali matrimoniali, tanquam causa ecclesiastica
cognoscere non poterat, Senatus pro judice incompeten-
te declarabatur, per sententiam Dnn. Wittebergenſum
publicat: die 21. Octobr. 1699. Proinde mulier, pro-
curata per me avocatione cause, in Regio Consistorio
cauſam agebat, cui facta litis contestatione negativa, sub
favore l. g. C. de except. per attestata eliſiva, à domino Ge-
nerali de Eppingen, & toto judicio militari, in Belgio tum
temporis degente, transmissa; Ut & testimonio mendaciis
Guardiani, omnem fidem, omnemque vim probandi
ademi, loquebantur enim literæ testimoniales in expres-
sis terminis: Elisabetham de Gräff, fuisse communissi-
mum ephippium & prostibulum, quo & milites & equites
cucullati ad compescendam libidinem usi essent, minime
vero Michaelis Felbers legitimam uxorem tempore mi-

litiae, (de quo tamen testimonium Monachi:) fuisse.
 Hoc ostendo, nimurum Monachi testimonium sublestæ
 fidei esse, quod adhuc fortius inde demonstrabam, quod
 Conventus Eclonianus in libro ecclesiastico, in ihrem
 Closter-Buche/ de hac copulatione nihil reperire, nec de
 ea Senatum requirentem certiorem reddere potuerit,
 ipsum quoque attestatum, sine expressione loci contracti
 matrimonii, quod tamen necessarium requisitum est,
^{vid. Carpz. in Jpr. Consistor. lib. 2. def. 142. n. 18.} fuerit;
 Confugiens ergo actrix ad suppletorium Juramentum,
 causam magno conatu tractabat, quod vero per argumen-
 ta gravissima, maxime cum hic ageretur de infringendo
 alio matrimonio, publice, & in facie ecclesiaz contracto, per
 probationem alterius, declinabam: Facta enim conclusio-
 ne & transmissione actorum, à Facultate Juridica Gryphis-
 vvaldensi cerebatur sententia die 14. Martii 1701. publicata,
 sequentem in modum: *Das Klägerin vorkommen den
 Umständen nach/ in dieser wichtigen Sache/ und davon so
 viel dependiret / nicht kan ad juramentum suppletorium
 verstatet werden / sondern sie ist vielmehr besser/ als bisher
 geschehen/ die consummationem matrimonii mit Michel
 Felber/ zu erweisen schuldig/ gestalt solches hiemit compen-
 satis expensis erkant wird/ B. N. W. Rationes deciden-
 di erant solidissimæ, quas lubens propter paginæ angu-
 stiam omitto: Quamvis autem actrix probatione defungi
 voluerit, ejus articuli tamen tanquam impertinentes, per
 sententiam Regii Consistorii publicati: die 22. Nov.
 1701. rejecti sunt.*

Th. d. III.

Cum igitur ex proxime relatis constet, filiationem
 quo-

quoad principium & originem, difficillimæ probationis esse, in iis vero, quæ difficulter cognoscuntur, probatioies leviores, & conjecturatas locum habere. *Gail. 2. Obs. 93.*
n. 18. Mey. P. 7. Dec. 257. n. 3. non immerito queritur: an filiatio probetur per similitudinem, vel potius effigiem patris? Wenn das Kind aussieht wie der Vater. Multi non infirmæ authoritatis Doctores, hoc affirmare haud dubitant, cum in naturalibus, omnis rei similitudo, causam suam habeat à rei natura, & propter convenientiam naturaliter insiti temperamenti, quod in semine reperitur, simile non nisi à simili generetur. Sed ad horum castra, propter rationes manifesto fallaces, transire non libet, quia dubio caret, imaginationes & impressiones mulierum, prægnantium, conceptus effigiem facile immutare posse, idque ob velocitatem cogitationum, & animi celeritatem, quæ multiformes notas imprimere possunt in homine, nam in coeteris animalibus, animi sunt immobiles, & similes omnibus & singulis in suo genere, uti ex Plinio refert, *Menoch. de A. J. Q. cas. 89. n. 52.* maxime si similitudo ex contemplatione frequenti & quotidiana, imaginis ob oculos mulieris oberrantis sit; Tunc enim mulier hac assidua sua contemplatione, quam toto gestationis tempore habuit, effigiem imagini similem, vel prolem alteri, quo familiariter usi est, similem edere potest, ut ut ille verus progenitor non sit. Quid dicam de similitudine inter ignotas personas, in quibus nec relatio sanguinis, nec ratio contemplationis quidquam valere potest? quid de filiis, quos parvunt mulieres honestissimæ, in quas nulla adulterii suspicio cadit, nec patri, nec matri similes? Verum enim vero, limito meam negativam, si ad similitudinem

externā; etiam interna accedat, wenn das Kind dem Vater an Gebärden des Gemüths gleichet, hujus enim phantasma seu impressio, neque ex natura, neque ex accidenti causa esse potest, quippe quæ semper à natura & non ab accidenti suam originem trahit, quæ si cum externa similitudine probari possit, cum aliis adminiculis filiationis probationem efficere potis est, animi enim propensiones & affectus à semine parentum provenire nullus dubito. quo de videat: *Tiraquell. de l. conn. Gloss.*
P. 7. n. 1. 7. n. 2. *ni homo* *inueni* *qui* *nihil* *videat*
Quomodo *vero* *hac* *similitudo* *interna* *cognosci*
debeat, *quippe* *quam* *externis* *sensibus* *assequi* *non* *liceret*,
difficultate *non* *caret*; *Beneficio* *conjecturarum*, *hac* *pro-*
batione *quenquam* *desungi* *posse* *Dd* *tradunt*, *ex morum*
scilicet & *morborum*, *ut* & *sanitatis* *similitudine*, *quip-*
pe *quæ* *à* *similitudine* *interna* *ut* *plurimum* *proveniunt*, *sic*
ut *plurimum* *fortis* *fortem*, *timidus* *timidum*, *incasta* *in-*
castam, *adeo*, *ut* *si* *adultera* *castam* *pariat*, *pro* *monstro* *ex*
cuiusdam *argutiarum* *scriptoris* *judicio* *habenda* *sit*, *pro-*
creat (*quod* *tamen* *pro* *universaliter* *vero* *haud* *dixerim*,
virtutes *enim* & *vitia* *ipsa*, *homo* *cum* *ascendi*, *origine*,
secum *non* *affert*, *sed* *tantum* *inclinationem* *ad* *virtutes*, &
advitia, & *potentias* *ad* *vitia* *vel* *virtutes* *suscipiendas*, *ab*
ipsa *natura* *habet*, *virtutem* *autem* *ipsam*, *aut* *vitia* *ipsa*,
consuetudine & *habitu* *sibi* *comparat*;) *Idem* *ex* *morbos*
rum & *sanitatis* *similitudine* *evidenter* *pater*, *nam* *sanus*
sanum, *podagricus* *podagricum*, *hepaticus* *hepaticum* *ge-*
nerat, *etiam* *quoad* *tempus* & *ætatem*, *in* *qua* *sanis* *vel* *morbidi*
parentes *vixerunt*, *ut* *propterea* *in* *schola* *Medico-*

rum hereditarii morbi vocentur, quod à parentibus in filios migrant. Cui vero hæ rationes in hoc dubio & abstruse arguento non sufficiunt, illum remitto ad experientiam, quacum disputationem solitariam instituere potest.

Th. V.

Porro queritur, an filiatio probetur ex institutione filiali? id affirmare volunt nonnulli ex conjectura Pauli in l. 131. ff. de V. S. quia probabile non sit, quod quis instituatur ut filius, nisi vere sit filius, quod alii in dubium vocant, propter sanctionem Imperatoris Gordiani in l. 4. C. de hered. instituend. ubi institutio irrita declaratur, si filius per errorem ut filius institutus, revera tamen filius non sit. Ego putaverim, si cum hac institutione concurrat tractatio, educatio, alia que probationes conjecturatae, per illam probatam esse filiationem.

Th. VI.

Filiatio ex legitimacione per subsequens matrimonium, vel rescriptum Principis, ut ex adoptione, & arrogatione orta, quomodo probetur, partim ex proxime relationis, partim ex iis actibus publicis, qui hic interveniunt, facile constat, ideo circa hunc probandi modum, verbosus esse nolo, plura de iis dicturus in Cap. 4. de Effectu.

Th. VII.

Probationem filiationis naturalis, & illegitimæ, paucos fuisse considerabimus. Sunt vero naturales stricte sicuti, qui ex concubinatu nascuntur, secundum communem vero usum loquendi, naturales sunt, filii illegitimi, ex soluto & soluta nati. De hujus filiationis probatione, generaliter sciendum, quod proxime enarratae probationes

præsumptivæ etiam procedant, ad probandam filiationem illegitimam. *Mascard. de Probat.* Vol. 2. Consil. 788. n. 15. Ex damnato coitu orti, sunt vel nefarii vel adulterini, illi, ex linea ascendentे & descendente, hi, ex adulterio nascuntur. *Vulgo quæsiti* autem sunt, quos mulieres publice & clam sese prostituentes, pariunt. De quibus *Glossa: cui pater est populus, ei pater est nullus.* Quæritur ergo (1.) an stuprata stupratori, super carnali commercio juramentum judiciale deferre possit? affirmat: licet actrix nihil probaverit, & sit persona levis, infamis, vel de perjurio suspecta. *Dn. de Lycker in Analect. ad Struv.* Ex. 17. 16. 35. *Brunnenm. ad l. o. de jur. jur.* *Lauterbaub. in Tract. Synopt. de juramento judicial.* §. 5. n. 80. licet dissent: *Carpz. P. 1. C. 14. d. 6.* Quam sententiam Regium Consistorum Hemitopolitanum in judicando sequitur, eamque in sententia B. contra S. & O. de publ. die 27. Maii 1700. & annexis rationibus decidendi, tanquam juri & æquitati magis consentaneam, per specialem constitutionem, inferioribus jugicibus publicandam, & introducendam censuit; Quamquam olim sententia contraria, in diversis causis ei magis placuerit, quod videre licet, ex sententia M. R. contra A. X. die 9. Octobr. 1699. Præsertim quando stuprata secunda vice contractum innominatum: *Do tibi corpus meum, ut mibi des tuum,* celebraverat, tunc ad delationem jura menti super iterata copula, non admittebatur, sed ad probationem ordinariam remittebatur. In cuius rei fidem præjudicium non unum allegare possem; Quando autem vir probare potest, mulierem eodem tempore, etiam ab aliis cognitam, tunc delationi juramenti judicialis locum non esse docet, *Besold. P. 3. Consil. 140. n. 58.*

Th.VIII.

Quid vero statuendum, si virgo honestioris conditionis, se ab aliquo imprægnata in affirmet, & imprægnationem juramento confirmare velit, an hæc jurata adseveratio admittenda, adhoc, ut imprægnata juramentum probationis jurare possit? Et sane si Anton Faber sua opinione veritati juris palmam præripere posset, lib. 4. C. tit. 14. d. 18. affirmandum id foret; Cujus autem opinionem, quia manifestis juris regulis adversatur, merito floccipendimus, quippe cuius vanitatem oppido ostendunt Imperatores, Valent. Gratianus & Valentinianus in l. 10. C. de testib. Annon vero assertio, & confessio honestæ mulieris stupratæ, ad hoc sufficit, ut contra inculpatam præsumptionem faciat, ob quam non tantum inquiratur, sed etiam arrestetur, atque ad confrontationem procedatur, unde etiam juramento purgationis innocentiam declarare opus habeat? id affirmat J Ct. celeb. Mev. P. 3. Dec. 73. Sed quia mulier etiam honestissimæ, dicenti se ab alio cognitam, credi non debet. Nicol. Boer, Dec. 319. n. 7. Cui opinioni favent Chilensis Curie Mecliniensis: quondam Advocatus doctissimus in Consil. Meclin. tit. 18. art. 4. n. 11. Besold. P. 3. Consil. 140. n. 21. Berlich. P. 5. Concl. 38. n. 49. usque adeo, etiamsi mulier cum aliquo in una, eademque domo habitaverit, tamen ejus assertioni non statut. Berlich. cit. loc. n. 50. & sola confessio socii criminis indicium ad inquirendum non facit, sive sponte deposuerit, sive ad interrogationem judicis. Carpz. in Prax. Crim. qu. 108. n. 58. Hujus J Ct. utut oculatissimi & accuratissimi. opinionem, hac vice amplecti non possum, nisi præter denominationem foeminae imprægnatae, alia indicia plura

ad

ad aggravandum concurrent, quæ reus, per præsumtiones contrarias, elidere non possit. *vid. Carpz. in Pr. Crim. p. 3 qu. 122. n. 78. & 79.* Qua in re magna cautione & circumspectione prudentis judicis opus est. *confer. Befold. p. 3. Consil. 140. n. 33. & multis seqq.* ubi notabilia ad hanc materiam tradit.

Th. IX.

Quæ autem thesi proxima dicta sunt, tunc demum locum inveniunt, si vir neget, se habuisse rem cum illa muliere, quod si vero confiteatur, se eam cognovisse, sed neget partum esse suum, quia etiam cum aliis viris concubuerit, tunc statut simplici assertioni mulieris. *Carpz. in Pr. Crim. qu. 68. n. 116.* & tamdiu præsumitur parens, donec contrarium, aliumque stupratam imprægnasse, verisimiliter probaverit. Interim pendente lite, infanti de alimentis prospicere tenetur. *B. Struv. S. For. L. 1. Tit. 15. §. 8.* Quæ sententia in Regio nostro Consistorio, simplici mulieris assertione, & confessione viri, ratione coitus concurrentibus, recepta est. Quod obtinui in causa O. W. contra M. R. die 2. Decembr. 1695. Quæ tamen de muliere honesta, & bonæ famæ, intelligi velim. Illi enim, ad quam, licet non publice, aut palam, sed in occulto facilis fuit accessus, si des habenda non est, cum præsumptio sit contra eam, si autem vir confiteatur, se talēm publicam mulierem cognovisse, & mulier ista jurato afferat, quod partus sit illius viri, tunc quidem vir, contrarium verisimiliter probare potest, tenetur tamen, pendente processu, provisionem facere de alimentis. *Obrißneus in Constit. Mecklin. tit. 18 art. 4. n. 6. & 7. Sande lib. 1. tit. 10. def. 2. in fin. Boér. Dec. 299. n. 12.* Illa vero probatio contraria, clarior fieri potest, si vir probet,

33

bet, mulierem juvenes & scholares interdiu & noctu ad
se admisisse, & sic filium verisimiliter aliorum esse posse:
Sande cit. loc. Plures præsumtiones, vide apud *Berlich.* p. 5.
Concl. 38. n. 92. & seqq. *Menoch.* lib. 3. *Præsumt.* 1. n. 1. & seqq.
& lib. 5. *Præsumt.* 41. Utile fore hoc casu, ut vir, antequam
mulier filiationem jurato afferat, sub favore l. 9. C. de ex-
cept. articulos exceptionales seu elisivos offerat, & sic
mulierem à jurata assignatione paternitatis arceat, ma-
ture demonstrando, quod filius verisimiliter aliorum esse
possit.

Th. X.

Quoniam vero extra omnem dubitationem, quod quis
possit nasci aut legitimus, aut illegitimus, non immerito
quæritur: an probata filiatione, probata quoq; sit legitima-
tio? affirmatur, quando constat de matrimonio, tunc enim
filius in matrimonio natus, præsumitur legitimus, quippe
ex quo probatur legitimatio, adeo, ut nec pater, nec ma-
ter, filio in matrimonio nato, sua negatione præjudicare
possit, quia standum est præsumptioni legis, donec contraria
rum probetur. *Bald. Consil.* 473. n. 6. ubi addit: Fatuum fuisse
quendam Regem, qui cum natus esset in matrimonio,
credidit mari sua, quæ instanti mortis hora dixerat,
ipsum non esse filium Regis, sed alterius, propter quod
renunciavit regno. Conferant: hic, qua *Tb.* II. bujus cap.
dicta sunt, ubi inter alia retuli, hanc præsumptionem, se-
cundum quorundam Doctorum opin'ionem, adeo robu-
stam esse, ut contrariam probationem non admittat.
Quam sententiam temperandam esse judico (1.) quoad
absentiam viri, (2.) quoad impotentiam cœundi, inter
absentes enim non fit generatio; nec inter præsentes, si

E

vir-

Nirtus abest; Iste defectus autem non præsumitur, sed ab allegante, vel per inspectionem, vel aliud demonstrandi modum, expresse probandus est. Nam quemadmodum non præsumitur, alicui abesse cerebrum, vel cor, vel hepatis, ita nec aliud membrum principale, in specie id, quod ad generationem necessarium & aptum est. *Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 10. n. 25.* Et 26. Amplianda autem est hæc legis præsumptio, ut officium suum, & virtutem operandi retineat, etiam si constaret, tempore conceptionis matrem fuisse adulteram, quia nihilominus filius in matrimonio natus, præsumitur legitimus, ratio, quia in tali casu, uxor potuit concipere ex marito, & etiam ex adultero, ideoque præsumptio benignior & honestior pro filio capienda est, quippe possibili in esse posito, præsumitur potius possibile honestum, quam possibile in honestum. *Pacian. lib. 2. cap. 16. n. 32.* Et 33. *de Probat.* Idem statuo, si de quasipossessione matrimonii constat, quæ (1.) communione opinione, (2.) assertione parentum, & (3.) tractatu & cohabitatione inducitur. vid. *Mascard. de Probat. Vol. 2. Concluſ. 801. n. 10.* Quod pluribus demonstrat. *Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 16. n. 44.* Et seqq. Sed si non constet de matrimonio, vel de quasipossessione matrimonii, sed solum dicitur talem fuisse, vel esse filium talis, an hoc sufficit ad legitimationem probandam? vel an in dubio legitimatio præsumenda est? affirmat hoc *JCtus magni nominis Menoch. Vol. 2. Concluſ. 199. n. 55.* Et 57. Et *Traf. lib. 13. præsumpt. 1. p. 77.* Et seqq. à quo dissentit. *Pacian. lib. 2. cap. 16. n. 56.* Mihi in favorem legitimandæ prolis, Menochii placet sententia, præsertim cum ipsum jus canonicum in favorem liberorum, illud matrimonium præsumat, quod revera fuit

S(35)S
fuit fornicatio; *de fornicatione civ.* loc. n. 67. & in dubio semi-
per eam pater proprio fortior sit, quae delictum & officium ex-
cludit. Eleganter hoc clarescit ex sententia Papiniani in
l. n. §. 8. & 9. ff. ad L. Iuli de adulterio, ubi filius ex viro & u-
xore natus presumitur, licet uxor aliquando adulterium
commisisset.

Th. XI.

Hæc de probatione legitimatioñis per subsequens
matrimonium. Restat ut paucis, & levi quasi brachio at-
tingam legitimatem eorum, qui per matrimonium le-
gitimari non possunt. Tales sunt adulterini, & ex nefarioris
complexibus nati; hi de jure civili neque per matrimo-
nium, neque per rescriptum Principis legitimari possunt,
uti Imperator Justinianus sancivit in *Novell.* 89. cap. fin.
De jure vero hodierno, hi omnes per rescriptum Principis
legitimantur, etiam quoad effectus civiles. *Besold.* P. 4.
Consil. 193. n. 28. & P. 5. *Consil.* 199. n. 13. & seqq. *Menobis*
Consil. 842. n. 5. *Seruus.* Ex. 3. tb. 97. in fin. ibique Müllerus.
Quæritur autem, an legitimatio per rescriptum Principis,
vel per subsequens matrimonium, locum habeat etiam in
feudis? id quidam negare volunt per text. 2. T. 26. §. na-
turalis. De quo, quid sentiam, *infra* cap. 4. tb. 6. pate-
bit. De jure Imperii vid. *Mynsing.* 5. Obs. 42. *Schöveder.* in
Introduct. in *jus publ. part. special.* sect. ii. cap. 16. §. 14. & 12.
Porro queritur: Si pater dececerit, an filius naturalis
post obitum patris legitimari possit? affirmatur, siue
commodo tamen successionis paterna. *Novell.* 89. c. 16.
nemini enim invito dandus est heres, nisi quem natura
& lex velit. An autem summus Princeps hanc legitimandi
potestatem in propriis spuriis exercere possit, queri so-
let

¶ (36) ¶

let? affirmat, & exemplum recenset. Schröder. in Intro-
du^cz. in jus publ. part. special. sect. 1. cap. 10. §. 9. idque ar-
gumento l. 3. C. de natur. liber. ibi: indignum est, ut quæ
sacratissima urbis ubere gloriatur, naturales suos non illu-
stri ordine civitatis illuminet. De singulis legitimacionis
speciebus plura dicentur in cap. seq. de effectu.

Th. XII.

Illud in hac filiationis probationis materia adhuc ob-
servandum est, quod in omnibus casibus, in quibus filatio-
nem presumitur, semper audiatur quis, volens probare con-
statuum, cum semper via ad veritatem pati debeat, in his
quæ non possunt induci ab ipsa naturali veritate. Mafard.
Col. 2. Concl. 795. n. 12. Valet enim in hac materia, quod
Cicero dicit: Ad id quod non certo scimus, conjectura
proprius accedimus, materia autem præsumptionum ta-
lis est, in qua probatio contrarii semper locum habet, nisi
suis juris & de jure præsumptiones.

CAPUT IV. De probationis filiationis

Effectu.

Th. I.

Q^ualis causa, talis effectus, sonat regula Philosophorum.
Cum igitur ex hactenus dictis clarescat, diversas filia-
tionis esse causas, diversi quoque filiationis erunt effectus,
causa enim dat esse effectus, & quidem quantum potest
simile.

Th. II.

Est autem effectus filiationis naturalis & legitimæ si-
mul,

mul, jus illud personarum inter parentes & liberos, cuius
vigore, iura familiae participant liberi. *Celsus* in l. 19 ff. de
stat. hom. Ex quo resultat (1.) ratione personae, quod
pater teneatur agnoscere filium, eique alimenta praesta-
re, quorum prius actione prejudiciali, posterius autem
conditione de alimentis praestandis expeditur. *Habn. ad*
Wesenb. tit. de agnoscend. & alend. liber. & quidem pro
modo facultatum. *Ulpianus* in l. 3 ff. de agnoscend. vel a-
lend. liber. Alimentorum autem nomine non modo vi-
ctus, sed cetera quoque onera, omnesque vita necessita-
tes comprehenduntur. *Ulpianus* in l. 43 ff. de V. S. (2.) Ra-
tione rerum, quod filius post mortem patris, succedit in
universum jus, quod pater habuit, nisi pater per testamen-
tum alteri disposuerit, quod ipsi usque ad legitimam iura
permittunt, propterea tamen, quod pater necessario li-
beris legitimam relinquere teneatur, minus recte statui-
tur, legitimam materialiter consideratam, liberis jure na-
ture debet. Nam pater per naturam ulterius non obli-
gatur filio, quam ut ipsi de corporis animique subsidiis
prospiciat, & subministret qua ad honestam educationem
pertinent, qua supersunt ex bonis paternis, ejus liberrimae
dispositioni patent. *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 7. §. 4.* nec
ullo naturali praecepto constringitur, ut liberis eadem re-
linquat, conferat: *Pufendorff de J. N. & G. lib. 4. c. 11. §. 7.*
Non obstat l. 7. pr. ff. de bon. damnat. l. 36. §. 2. C. de inof-
fir. testament. l. 7. §. 1. unde liberi. *Novell. l. proœm. §. 2.*
Prædictis autem non officit, quod inter patrem & filium,
proprie nulli actus justitiae particularis dentur, sed potius
actus pietatis. vid. *Habn. ad Wesenb. tit. de J. & J. n. 10.*
verb. *jus suum.* Etenim pater & filius duplenter conside-
rari

rari possunt, primo formaliter & qualitates, & hunc, fundant debitum pietatis, non iustitiae: Secundo materialiter, quando considerantur, ut duo homines sunt, non debent enim invicem violare jus alterius, neque in honore, neque in corpore, neque in fortunis, & sic fundant debitum iustitiae: Hinc, quia leges humanæ debito pietatis assilunt, suppedant actiones dativas, officia judicis imploracionem, nec non exceptiones. *Hahn. ad Wesenb. tit. de J. & J. n. 10. in fin.*

Th. III.

Eosdem effectus adscribimus filiationi, quæ per subsequens matrimonium stabilita est, legitimati enim per omnia legitimis comparantur. Hinc veniunt nomine der voll- und wohlbürtigen Kinder / *Mev. P. 3. Det. 37.* adeo ut ipsis testimonium natalitium dandum sit, quasi ex justo & legitimo matrimonio nati essent, daß sie aus einem reinen unbesleckten und feuschen Ehe-Bette erzichlet und gehörehen seyn / *Carpzon. P. 2. C. 6. d. 15.* Lauterb. ad ff. tit. de his qui sui vel alieni jur. p. m. 24. Succedunt in feudis *Carpz.* P. 3. C. 28. d. 17. Lauterb. ad ff. tit. de his qui sui vel alieni jur. p. m. 24. *Finkelbaus. Diff. feudal. 6. qu. 13.* Gail. 2. Obs. 141. n. 2, licet matrimonium in mortis articulo subsecutum sit. *Lauterbarb. loc. cit.* Imo licet copula sacerdotalis non processisset, modo de consensu matrimoniali constet. *Mev. P. 2. Det. 81.* consequenter omnia tam possessoria quam petitoria remedia adversus extraneos & adversus coheredes competentia. Occasione hujus ele-gantem casum, in puncto compositionis, hereditatem opulentissimam concernentem communicabo, qui inter coheredes me Patrono & Advocato causa, in Illustri Regimine

gimine Guelpherbytano ventilatur: Titius diversi matrimonii liberos una cum vidua relinquens, testamentum fecerat, in quo liberos primi & secundi matrimonii, una cum vidua heredes instituerat, sed maxime inæqualib⁹ partibus, nam prioribus præaccepta, & materna bona, titulo honorabili reliquerat, cætera omnia, quæ in hac opulentissima hereditate reperiebantur, liberis secundarum nuppiarum, & viduae partim prælegatorum, partim institutionis titulo adscripterat, sub hac expressa dispositione, ut, si filii ex secundo matrimonio nati, ante matrem diem obirent, mater seu vidua, usumfructum omnium bonorum, ad dies vitæ haberet, denegata liberis prioris matrimonii, facultate exigendi à vidua inventarium, aut juratam specificationm super viribus hereditatis: Liberi prioris matrimonii, per astutiam novercalem se gravatos animadvertentes, meum consilium porrectis & perspectis tabulis, requirunt. Ego perspecto & perfecto testamento, cognoscens quidem lesionem in legitima cum onere & mora, ob incertam vero hereditatis massam, non poteram legitimam ad panctum mathematicum redigere, nec etiam proficuum ducebam testamentum paternum, ex quo in petitiori tot difficiles controversiæ resultabant, quot puncta continebat, cœco impetu impugnare, relicta interim vidua cum suis liberis in fructuosa hereditatis possessione, eisdem author & suasor eram, ut principales apprehensa per notarium & testes compositione, se proportionabiliter in perceptione fructuum defenderent; Hi rem prospere gesserunt, pars autem aduersa turbationem prætendens, causam ad Illustre Regimen Guelpherbytanum detulit, & manutentionem contra turbationem humil-

-sloq

humillime petiit, tenorem testamenti tam in possessorio,
 quam petitorio pro se allegando: Quoniam vero mei cli-
 entes, se æque fundabant in testamento paterno, & vi-
 gore illius immisionem ex l. fin. C. de Edic̄. Div. Hadrian.
 zollend. competentem ostendebant, quam propitio jure,
 propria autoritate occupare potuissent, eum in finem, ut
 à Prætore in apprehensa compositione confirmarentur,
 remonstrantes insuper, eum legitimi contradictoris no-
 men sibi assumere non posse, qui suum titulum æque in
 eodem testamento fundaret, Illustrē Regimen per Decre-
 tum de 1. Septembri 1699. prudenter arbitrabatur ita:
 Es gründete sich Gegenheil gleichfalls in testamento, und
 sche man also nicht/ wie man Gegenheil die composition
 nehmen könnte/ und wie sie/ als heredes scripti, davon zu
 excludiren seyn würden/ es solten allenfalls acta ex officio,
 & sumptibus utriusque partis verschicket werden. Facta
 conclusione cause, nec non transmissione actorum, re-
 spondebat inclyea Facultas Marpurgensis die 27. Julii
 1700. Dass Implorantin bey der possession, jedoch solcher
 gestalt zu manuteniren / dass sie Imploraten sechtausend
 Thaler/ darin seßige zu immittieren/ und also zu manute-
 niren/ ohnverlängt anweise. und einzäume/ gestalt demn diese
 beydersets immisso und manutenenz verwanten Umstän-
 den nach/ provisionaliter erkant/ und beyden Theilen cau-
 tio injungirt wird/ welchen nach der übrigen streitigen Po-
 sten wegen/ in petitorio ferner ergehen soll/ was recht ist.
 V. R. W. Beatitudinem ergo compositionis in re-
 bus separatis, una cum cautione, si scil. plenius excuso he-
 reditatis statu, legitima postea major, minorve reperi-
 tur, consecuti principales circa petitorum instituendum,
 post-

.postquam omnis spes amicabilis compositionis evanuit,
occupati sunt.

Th. IV.

Sed ne disputatio mea, longius, quam scopus dispu-
tantium postulat, procedat, reliqua, ea qua pars est brevita-
te absolvam, & brevibus, de effectu filiationis legitimæ, seu
civilis, naturalis, spuriæ, adulterinæ, & incestuosæ disse-
ram. Filiationis ex adoptione perfecta ortæ, effectus est,
quod patri adoptivo succedat, & jura perfecti filii familiæ
tribuat. Imperfcta, seu ab extraneo factæ, est sola suc-
cessio ab intestato. Idem *Justinianus in l. 10. §. 1. C. de*
adopt. Sed in potestatem & familiam patris adoptivi, e-
iusmodi adoptatus non transit. *§. 3. J. de adopt.* Hinc &
patri naturali succedit. *vid. l. 1. C. de adopt.* Filius autem
non ab extraneo, sed ayo materno adoptatus, perdit jura,
que in naturalis patris bonis habuit, nisi ante mortem pa-
tris, ab adoptante emancipatus sit. *Brunnem. add. l. 10. C.*
de adopt. Alere quoque pater adoptivus filium adopti-
vum extratum non tenetur. *l. penult. pr. C. de adopt.*
Non obstat *Paulus in l. 45. ff. de adopt.* Quæritur au-
tem, si pater adoptivus extraneus, filio adoptato ni-
hil relinquat in testamento, an hic querelam inoffi-
ciosi testamenti movere, aut bonorum possessionem
contra tabulas petere possit? utrumque negatur *vid. Be-*
sold. P. 4. Consil. 154. n. 57. & 58. Quando autem aliquis
proprie non adoptatus, nec arrogatus est, sed alter pro-
misit, eum ut filium tractare, postea vero promissorum
immemor, privat eum, vel exhiæredat sine causa, quæritur
an actionem habeat contra promittentem? affirmatur, si
poena in stipulatione adposita sit; Sine poena promissione
vero, actionem in factum subsidiariam, ad interesse præ-
F standum

standum habet. *Paulus in l. 132. ff. de V. O. Besold. Part. q.*
Cons. 154. n. 67. & 68. In feudis autem non succedunt liberi adoptivi. *z. F. 26. §. adoptivi.* nam hoc jus respicit sanguinem, & respicit omnes fictiones juris civilis.

Th. V.

Ordine offert se effectus filiationis naturalis, spuriæ, adulterinae, & incestuose. Naturalis tantum effectum suum in eo exserit, quod quoad patrem, successionem tribuat in duas uncias, hoc est sextam partem hereditatis paternæ, quamlibet liberi naturales, una cum matre capiunt. *Novell. 89. c. 12. §. 2.* Quod præjudicio confirmat *Riebter. de Success. ab intestato. sect. 1. membr. 3. n. 9.* modo pater non relinquat legitimos liberos, vel uxorem legitimam, tunc enim plane excluduntur, alimenta tamen à liberis legitimis ipsis arbitrio boni viri præstanta sunt. *Novell. 89. c. 12. §. 6.* quæ alimentorum præstatio etiam ayo paterno ex equitate incumbit, uti præjudicio probat *Carpov. P. s. C. 10. d. 20. & Ipr. Consistor. lib. 2. def. 243.* Quod si vero pater, naturales liberos testamento excludat, licet legitimi filii, vel conjux legitima non adlit, pro consequendo sextante, querelati inofficiosi instituere non possunt. *Sruv. Exert. 38. lib. 22. in fin.* non obstante *Novell. 18. cap. 5. Nov. 89. cap. 12. §. 4.* Matri autem indistincte succedunt, sive liberos legitimos habeat, sive non, adeo, ut æqualiter invicem concurrant. *§. 3. J. ad 8C. Orbit.* Quod & in ulteriori linea materna, locum habet. *Modifin. in l. 8. ff. unde cognati.* quamvis mater sit persona illustris. *Sruv. Ex. 38. lib. 21.* Idem quoque statuendum in spuriis, quoad successionem maternam. *Modifin. in d. l. 8. ff. unde cognat.* nisi mater sit illustris, & alios liberos ex justo matrimonio habeat, quo sitq; efformi haereditatio vel matri vel in membris utrumque.

utroque casu concurrente, ex materna hereditate nihil conseqvuntur; Si tamen liberi iussi non adsinunt, spurious matri illustri quoque succedere, argumento à contrario sensu, Doctores tradunt. *Christineus Decis. 64. vol. 4. n. 6.*
Ant. de Rosell. de Success. ab intestat. n. 18. Förster. de Success. lib. 6. c. 11. n. 1. Quod tamen ad personas nobiles non extendum, quippe quæ illustribus inferiores sunt, ideoque ab illis, ad has non procedit, præsertim argumentum extensum in odiosis. *Mev. P. 2. Dec. 83.* Quoad successionem paternam vero, quia incertitudo patris spuriis obstat, nechodie ad hujus successionem eos admittendos esse, verius est. *Carpz. P. q. C. 28. d. 6. n. 4.* Adulterina & incestuosa filiations effectus, est mere privatius, quoniam nec patri, nec matri succedere potest, ejusmodi natus. *Nozell. 89. c. 15.* adeo ut nec à parentibus ali debeat, per autb. ex complexibus *C. de incept. nupt.* Quod tamen alii, de civilibus, non naturalibus alimentis recte intelligent. *Brunnem. ad d. autb. Masters. de Justitia LL. Roman. l. 2. dubitat. 7.* Sicuti enim patri non licet occidere filium, ita nec alimenta ei denerare, quia ea denegans, necare videtur, secundum Paulum in l. 4. ff. de agnosc. vel alend. liber. Et satis superstitionis est dispositio juris civilis, quod in tantum castitatem amaverit, ut etiam pietatem paternam destruxerit: *Quem rigorem tamen laudabiliter mitigavit Pontifex Clemens III. m. c. 5. X. de eo, qui duxit in matrem, quam polluit per adulter.* Et quamvis non desint, qui putant, in citat. capitulo, specialem casum latitare, prior tamen sententia, tanquam æquior, merito præfertur, eaque hodie utimur. *Gail. 2. O. 88. n. 4.* Queritur, an filius adulterinus, vel incestuosus, habeat testamenti factiōnē activam? affirmatur, quia non

ritur prohibitus. An etiam passivam? distinguendum
inter patrem, & extraneum. Pater ei nec donare, nec lega-
re, nec ipsum heredem instituere potest. *I. 6. C. de incesto.*
nupt. ab extraneo vero potest institui, vel ei aliquid re-
linqui. *Besold. P. j. Consil. 254. n. 50.* Porro an filius adul-
terinus, vel incestuosus, infamis sit, quero? Quod negan-
dum, per rationem *Pauli in l. 20. ff. de pœn.* quamvis dis-
sentiat *Chrispineus vol. 2. Dec. 106. n. 3.* Quod tam de juris,
quam facti infamia intelligi velim, facti enim infamia, ne-
minai sine turpi suo ipsiusmet facto irrogatur, adulterinus
autem, non suo, sed alieno facto laborat. Juris vero infa-
miam lex imponit, ob aliquod turpe factum, quod hic
æque, ac lex deficit, de adulterio enim nasci, non est ejus
culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat. Quare si pater-
nae incontinentia imitatores non sint, nulla ratio suadet,
ut de vitiola nativitate erubescere debeant, cum propria
virtus eos veneratione dignos efficiat: Nec enim in homi-
ne spectandum est nascendi primordium, sed vivendi ratio
& modus, qui si laudabilis sit, nec à divinis, nec à munda-
nis dignitatibus arcendi sunt. Qua ratione constat, multos
ex ancillis procreatos, exstisisse patriarchas, & tribuum.
Principes, referente *Crypsis homo in Hom. 3. super Mat-*
thaum. Hinc *Ripa in C. inter ceteras. X. de Rescripto.*
consolatur liberos illegitimos, eosque ad virtutem capes-
sendam excitat, exemplo Bartoli, & Jasonis, qui etiam il-
legitimi fuissent, sed tamen magnis virtutibus, & hono-
ribus eminentissimi. De jure civili res expedita est. *Pa-*
pinianus in l. 6. ff. de Decur. Nec video, quomodo per ra-
tiones juris, suam sententiam tueri velit *Mynsing. 4. O. 31.*
ubi statuit, quod illegitimi ad dignitatem *Assessoriatus*
non

35 (45) 55

non sint admittendi; nec Principis Consiliarii esse, nec Doctoris titulo insigniri queant: Manifesto enim principium petit, dum rationem prohibitionis, in infamia collocat, quod est falsissimum. Pugnat insuper haec opinio cum ratione generali *Papinianii* in l. 26. ff. de pena, nec ullum fundamentum in re habet. conferat. *Raudens* de analog. c. 30. n. 81. ubi multa exempla illegitimorum, ad dignitates evectorum habet.

Th. VI.

Legitimi per rescriptum Principis, eosdem efficiuntur, qui legitimis competunt. *Justinianus in Novell. 89. c. 9. in fin.*, *Habn. ad Wesenber. tit. de his, qui sui vel alieni. iur. sunt;* exceptis quibusdam casibus, quos vide apud D. Schröder. in *Introduct. in jus publ. perf. special. sect. 1. cap. 16. §. 13.* Sive autem existent liberi legitimi, sive post factam legitimationem nascantur, nihil interest, nec citatio aut consensus agnitorum requiritur, modo in precibus pro obtainenda legitimatione, pater legitimorum liberorum existantium, mentionem faciat. *Novell. 74. c. 1.* Quod idem circa successionem feudalem affirmandum, modo Princeps simul Dominus territorii sit, in quo feudum, de quo agitur, habetur, & ex certa scientia, & justa causa, legitimacionem ad feuda extendat; Non obstante, quod sint feuda antiqua, *Stamm-Lehn.* Quam sententiam juri feudali convenientem, multis argumentis probat *Haister. Dn. Ritterius in jus feudal. comm. 1. 1. tit. 8. n. 19. & seqq.* utut contrarium dicat magnus ille *Jetus*, cuius fama & gloria apud eruditum orbem indelebilis erit *Struv. S. J. F. cap. 9. tb. 3. n. 89. & seqq.* Quæritur autem, an legitimati, etiam insignibus parentum uti possint? affirmatur,

tur, si legitimatus nominatum adjuta insignium habilitatus fuerit. *Dn. Schröder. Jur. publ. part. special. sect. 1. c. 16. §. 12.* Quo casu, ei in clypeo seu insigni, baculus, quem Bartram vocant, interjicitur, qui incipit à sinistris, & desinat in unum latus dextrum. In legitimis vero, ille baculus à dextris ad sinistrum latus porrigitur. Quod vero hodie rarius fieri solet, teste *Dn. Strykio de Success. ab intestato. Dissert. 1. c. 2. et 53.* Cæterum quotmodo libellus, pro obtainenda legitimatione concipi, & rite formari debeat, vid. *Schröder. Jur. publ. part. special. sect. 1. c. 16. §. 11.* *Mindan. de Process. lib. 1. cap. 2. n. 5.*

CAPUT V. & ultimum

Absolvit suppositionem partus,
germ. *Beh. oder zugelegte Kinder / tanquam*
filiationi contrarium, & oppositum.

Th. I.

Suppositio partus, est falsum, quod in persona committitur, quando partus alienus, subjicitur in locum proprii partus. In hac materia, obtigit mihi rarissimus, & gravissimus casus, de quo adhuc sub judice lis est, qui extra Germaniam, in oris exteris, per singularem vafriciem fabricatus est. Postquam vero suppositius ille in Germaniam translatus, & objecta hereditatis, circa quam hac quæstio status acriter disputatur, in diversis Germania provinciis sparsa sint, concernit enim opes & divitias ingentes, & meum patrocinium in vicinia præstandum requiritum est. Dignus autem esset hic casus, qui propter singu-

singularia, & sumptuosa, tam probationis, quam reprobationis argumenta artificialia & inartificialia, in peregrinis longinquis tribunalibus ventilata, nec non elegantissimas questiones incidentes, cum omnibus & singulis circumstantiis exprimeretur. Pollicerer profecto fore, ut lectorem, mirum in modum delectaret, eique in omnibus satisfacceret. Verum quia aliquis tertius interveniens, penes quem summa rerum potestas est, causam simul pro illo, de cuius filiatione disputamus, agit, & teste experientia, periculosem est, de iis scribere, qui possunt proscribere, & de iis disputare, qui possunt amputare, satius erit tacere, quam dicere.

Th. II. n. 34. ad 2. et 3. questionem

Suppositio partus non presumitur, ideoque probanda est, ista probatio fit per testes, & presumptiones. Per testes, quando persona, qua actui interfuerit, nec non ipsius suppositionis participes, tanquam causa instrumentales, in judicio producuntur, & super articulis concludentibus, legaliter examinantur, quae res per se nota, & clara est. Hoc autem singulare est, quod in hujus delicti probatione, socii criminis, interrogari, & examinari possint, ob difficultem probationem. *Menoob. lib. 1. Presumpt. 34. n. 2. Mascal. de Probat. capel. 1153. n. 34.* Nam in tali materia, in qua alii testes haberi non possunt, ipsi criminis complices adiunguntur. Quod cum maximo probatissimum Doctorum applatu traditi *Mascal. cit. loc.* De oculari inspectione, in hac materia adhibenda, apud nullum Doctorem quidquam inventi, in predicto vero casu, magno cum commodo fuit adhibita, cum enim R. in hospitali S. Petri, quod recipit, & educat infantes expostos.

scit, hic fūndlinge tempore receptionis, iisdem inutere soleant peculiare stigma, quod signum formale partus expositi est, dubio caret, quod ejusmodi partus, tali stigmate notatus, pro exposito illius hospitalis, reputandus sit. Id quod in dicto casu, judicialia attestata R. transmissa, in claris terminis confirmarunt. Necesse vero est, ut illud signum seu stigma, specifice describatur, ratione figurae, & loci corporis, antequam ad ocularem inspectionem procedatur, sed tempus est, ut canam receptui.

Th. III. *Præsumptiones, quibus suppositio partus inducitur, multæ, & diversæ à Doctoribus traduntur, è quibus tantum præcipuas, & eas, quæ robustioris brachii sunt, in medium producam.* Sicuti autem nulla delicti causa existente, delictum non præsumitur, ita è contrario, existente delicti causa, delictum præsumitur. Talis causa in præsenti materia, est senium mariti, in quo spes prolis evanescit, & subditur spes maximæ luci, & commodi, quod ex suppositione, ad matrem & partum deventurum est. Hac causa suppositionis præcedente, eo fortius præsumptiones concludunt, nam in actibus simulatis, & fraudulentis, qui occulte patrari solent, conjecturis & præsumptionibus locum relinquendam esse, nemo negabit, nisi qui mentem in calceo gestat. Sunt vero, & reputantur tales: (1.) Si probetur, mulierem, quæ arguitur sibi partum supposuisse, ejus ætatis esse, ut vix amplius secundum cursum naturæ concipere possit, quo usque autem conceptionis tempus in foeminis duret, quodammodo colligi potest, ex mente Imperatoris Justiniani in l. 12. C. de legiām hered., ubi partum quinguageneriæ mirabilem esse dicit, quo super

Phyli-

Physici, & Galeni filii consuli possunt. (2.) Si mater diu
sterilis fuerit, usque ad illud tempus, quo se peperisse dicit.
(3.) Si supervenerit obstetrix, dum iam peperit, & filium
intra matris foemora e ventre editum invenerit. (4.) Si non
sit passa ventrem inspici, & custodiri. (5.) Si sola pariendo
actum absolverit, nec ullus tempore partus adfuerit.
(6.) Si fama & communis sermo sit, partum fuisse suppo-
situm. (7.) Si mater confessa sit in ultimo mortis articulo,
ad exonerationem conscientia, partum fuisse suppositum.
De qua matris confessione quid judicandum, vid. tb. 7. &
8. cap. 3. Unaquæque vero harum præsumptionum duo-
bus testibus probanda est. Confer. Mascard. Concl. 1153. Fa-
rinac. p. 6. Oper. Crim. qu. 150. ubi præsumptiones plures,
plena manu congerunt. De singulis vero quomodo per
præsumptiones fortiores tolli possint, breviter & nervose
agit Menoch. lib. 5. Præsumpt. 34.

Th. IV.

Poena suppositionis partus, est fustigatio, non habito
respectu personæ, quæ partum alienum supposuit, an pa-
rens fuerit, nec ne, modo supponens damnum per id in-
tulerit alteri. Usum fori, & præjudicium, vide apud Carp.
in Prax. Crim. p. 3. qu. 103. n. 30. ubi casum refert, quo quis
alienam filiam suam, esse affirmaverat, eo fine, quo heredi-
tatem opulentam lucraretur, cui ob id, fustigationis pœ-
nam dictarunt Scabini Lipsiensis. Tantum hac vice, per
ordinarios labores, speciminis loco, de hac materia con-
scribere potui, cum Deo, & die, graviora scripturus. Cate-
rum, Tibi, Deus Optime maxime, pro concessis viribus
tantas ago habeoque grates, quantas lingua effari, &
incens excogitare potest. Tuæ enim, Pater, benignitati

G

acce-

acceptum ferendum, quicquid in praesenti argumento
præstare licuit. Dissimulare ergo divinum hoc munus
velle, nec ea, qua decet animi devotione deprecari ma-
nifestò impium foret. Quare me totum Tibi de vo-
veo, supplex rogans, ut de postero etiam divinae boni-
tatis tuae radios, in servum tuum spargas, corpus acutis
simis vexatum morbis, reficias, actiones omnes iuvies &
dirigas & tandem me ad felicitatem æternam evelgas.
Tu vero, *Lector Benevolè*, vale, & si inchoaveris mihi
& studiis meis favere, perge. Si quoque hæc mea elabora-
tio, ad te spectantia contineat, iisdem utere & fruere, si
vero minus omnia placuerint, corrige me, informa me,
refuta me; Sed improba ratione, blaterare ne velis, alias
senties, non defutura mihi arma, quibus me,
meaque defendam.

Corollaria Practica.

ACtio pignoratitia, adversus tertium possessorem su-
gularem, locum non habet. Ita obtinui in Regimine
Gueipherbytano, per sententiam publicat. die 25. Sept.
1697. in causa G. E. contra N. F. S. eamque sententiam
Illustrissimum Regimen Hemipolitanum gravissimis ra-
tionibus defendit. die 20. Decemb. 1700. in causa J. P. J.
contra M. W. Anne vero de praxi hodierna, & æquitate
canonica, remedium ex c. 6. X. de pign. competit? Sic ob-
tinui per sententiam J. Ctoruin Erfurtensum, in Regimine
Hemipolitani. die 31. August. 1699. publicatam in causa
D. G. v. W. contra M. W. Sed hæc opinio, in terris Impre-

59 (11) 58

III. vix sustineri potest, quanquam in dicto casu sententia
Dni. Erfurtensum, vires judicati consecuta sit. Qualis er-
go competit actio? Resp. Rei vindicatio.

II.

Arrestum, quod ad instrumentum garnitum
decernitur, verum debitum continens, subsistit, & validum
est, licet & impetrans in eo non sit nominatus, nec tem-
pore arresti impetrati, se ad debitum aliter legitimare
potuerit, quam per productionem instrumenti, post im-
petratum vero arrestum, se demum ad id plene legitimet.
Talem casum acriter defendi, coram Regimine Hemipo-
litan. in causa J. H. contra H. E. In quo Facultas Juridica
Rintensis, per sentent. die 20. Febr. 1696. & Facultas Juri-
dica Rostochiensis, per sentent. de 12. Nov. 1696. publicat.
arrestum pro nullo, una cum refusione expensarum decla-
raverat; Quae vero in superleuteratione, à Facultate Juri-
dica Marburgensi, per sentent. die 4. Novemb. 1697. à Fa-
cultate Juridica Jenensi per sentent. die 26. Januar. 1699;
& Facultate Juridica Altorfissina per sentent. die 28. Octob.
1700, etiam quoad expensas reformatæ, & arrestati ad re-
cognoscendum, argumentis multo robustioribus conde-
mnati sunt.

III.

Maritus contra uxorem, ex causa adulterii absentem,
medianibus edictalibus, actione civili ad divorcium agere
potest, ad hoc, ut vel emanente uxore, in contumaciam,
dissolutionem vinculi impetrat, vel ea comparente, dere-
listica actione civili, inquisitionem fundet, qua fiscus hoc
casu defungi debet, cui maritus indicia, & alia ad inquiren-
dum ad minicula suppeditare potest; Nam in gravioribus

delictis, contra absentem inquisitio formari non potest, opus ergo est remedio aliquo civili, ad fundandam futuram inquisitionem. Quod obtinui in causa M. C. contra A. D. S. per sententiam JCtorum Wittebergensium, die 1. Martii 1700. in Regio nostro Consistorio publicatam. Cavendum vero marito, ne hoc casu, loco actionis civilis, ad divortium, ex capite malitiosa desertionis intendat; & sic se ipsum, in conspicuum patrum cornutorum ordinem, publice promoveat, quia processus desertionis, tacitam & implicitam adulterii remissionem involvit, dum hoc casu, maritus, mulieri forte revertenti, cohabitare tenetur.

IV.

Filius, potest matrem suam præsentem, tanquam legitimam heredem ab intestato, sine ulla solennitate gravare, ut prædium maternum, seu rem propriam, alicui tertio, instar fideicommissi restituat, & mater, tanquam heres fiduciaria, tenetur illud fideicommissum heredi honorato, seu fideicommissario præstare. Ita ad responsum Inclytæ Facultatis Juridicæ Jenensis, & Erfurtensis, in præfectura Hemipolitana majori obtinui per sententias Facultatis Juridica Hall. die 9. Nov. 1695. Facultat. Jurid. Marpurgens. de 18. Decemb. 1696. & Gryphisvaldensis die 24. Martii 1698. utut antea Facultates Juridicæ, Lipsiensis, Wittebergensis, & Helmstadiensis, nec non Scabinatus Brandenburgensis, ex erroneis plane principiis, contrarias sententias, in eadem causa pronunciare voluerint.

V.

Emptor, à tertio super re vendita actione pulsatus, si inter hunc, & venditorem, suspicionem clandestinitatis & collusionis animadverat, non tenetur ad actionem principalem

55 (53) 55

cipalem respondere, priusquam se invicem juramento
purgent, quod nulla inter ipsos intercesserit conventio, ad
movendam litem. Ita obtinui, in Senatu Hemipolitano, in
causa T. K. contra A. Z. per sententiam J. Citorum Mar-
burghensem, eique annexas rationes decidendi, publicat-
a. cat. die 9. Decemb. 1699. Et sententia Senatus, publicata
die 29. Octob. 1700, junctis eruditis & perspicuis ratio-
nibus.

VI.

Actio familiæ erciscundæ, & communi dividendo,
est actio realis. Actio familiæ erciscundæ & communi
dividendo, est actio personalis. Actio familiæ erciscundæ,
& communi dividendo, non est actio mixta.

VII.

Filius, in testamento parentis, rite quidem, sed injur-
ie præteritus, vel exheredatus, adhuc hodie se non aliter
ad querelam inofficiosi testamenti habilitare potest, quam
remedio præparatorio, bonorum scilicet possessionis litis
ordinanda gratia. Nam ab intestato succedere non pot-
est, quia adest testamentum, nec ex testamento succedere
potest, quia in illo exheredatus est. Necesse ergo est, ut a-
liud fundamentum, querela inofficiosa adit, quam jus he-
reditarium, quæ sententia fundata est in I. 2. C. de inof-
ficio. testam. eandemque fovet Ulpianus in I. 8. pr. ff.
cod. tit.

VIII.

Filius legitimam titulum institutionis habens, non te-
netur præstare factum defuncti, hinc fundum suum, à pa-
tre alienatum, bona legum gratia vindicare potest.

G 3

IX.

Materiam appellationis, ex fundamentis juris novissimi, inter Praticos, vix quis exactius discussit, quam Excellentissimus Mevius, in aureis suis Decisionibus, in quibus 205 singulares casus ad appellationem spectantes, decidit: Quos nervose recenset ordine Dn. Hahn, ad Wese[n]b, tit. si pendente appellatione mors intervenerit.

CArmina secessum scribentis & otia qua-

runt.

Tetrica sed curis nostra Thalia filet.

Nempe leves elegos non dedolat Illa Foren-

sis

Rauca sed ad citharas Horrida Musa
strepit.

Te Cathedram scandente tamen, STOCK
Doce Supremam

In bona veiba ruit, fitque repente Io-

quax.

Et NON SUPPOSITUM l[et]ans gratatur HO-

NOREM

Quo Te jam GNATUM Diva Thermista
PROBAT.

Atque

Atque ait: Hoc dudum poterat meruisse Brat-
beum non in loco huius.

Nam Dea cognitus vix sibi Pectus habet;
Credite sic Roman, veteres sic fovit Athenas;
Degeneri nondum cedere iusta Foro!

Hinc
Viro Nobilissimo, & Consulissimo
ET TO POT. DN. FRIDERICO JOHANNI STOCK
In Tribunal Régio quod est Hemipoli
Advocato Ordinario laudatissimo
Supremos in iure quoque Jure Honores Capessent;

L. M. Q.
NICOLAUS MEYER, J. U. D.
SACR. REG. MAJEST. BORUSS.
In Principatu Halberstadiensi
Illique in nexis Comitatibus Regendis
P. C. CANCELLARIUS.

Implicitis qui saepè soles succurrere cau-
sis,
& pro sollicitis nil reticere reis;
Nunc quoque perplexam causam dubiamque
tueris,
& veros natis reddis Amice, patres!

(56) SE
Hi tibi persolvant grates pro talibus ausis,
sed sobolem nemo se probet esse tuam.

Nobiliss. & Doctiss. Domino Stock, Regim.
Halberstadens. Advocato dignissimo,
summos in quoque jure honores ca-
pescendi, paucis hisce amicis gra-
tulari voluit

ALBERT. POTT.
Johanni Stock
Serenissimi & Potentiss. Regis Prussiae
Consiliarius Curz, & Regim. Hal-
berstad. ibidemq; rerum feudal.
Secretarius.

Difficile est alias & nostro Jure probare
Hoc patre, non alio progeniem esse
satam (1)

Ast sit Margites, qui nesciat hocce probare,
Te Phœbi protem, Te Sobolem Themidos,
Phœbus Te docuit, Phœbus tuus usque Ma-
gister
exitit, an ne Patrem prodidit esse tuum? (2)
Contra, quando Tibi Themis alma alimenta
ministrat,
Nonne illam matrem novimus esse tuam? (3)
Novimus omnino! Contendit garrula fama,
iH Quæ non plane nil rebus in hilce valet (4)
Acce.

Accedit demum cognomen ab hac & ab
Chrysostomo (5)

Doctor es à Phœbo, Juris at à Themide.
Gratulor hocce, precorque tibi, ut sis corpore
Sano, Themis

Sic verus Phœbi filius & Themidos.

(1) vid. Masicard. de Prob. vol. 2. concl. 788.

(2) id. loc. cit. concl. 794.

(3) l. c. concl. 796.

(4) id. l. c. concl. 792.

Mobilissimo & Pereximino Dn. Authoris
Amico suo ob egregiam virtutem &
in signem eruditiorum longe carissi-
mimo de honoribus optime meo
ritio grat.

Christoph Johann Lindt/

Pot: Reg: Boruss: Consiliarius
& Regim: Secret.

An proles sit vera, an supposititia; talis
Nomine quæ gaudet, iam Tua penna
probat,
Prole carens genitor, quo non foecundior alter,
Nec potis ex Paula pignora ferre Tua
Cur? quia forte times, ne quis Te dixerit olim
E sic suum patrem, quo bona vestra ferat?

H

Hic

Hic quidem non finis erit primarius; at Te A
Credo genus nobis velle probare Tuum.
Sic certe est: Tua nam bene Dissertatio mon-
strat,
Quod Themis & Phoebus Te genuere si-
Jam Pater & Genitrix meritos Tibi tradit ho-
ores,
Hocque ipso Gnatum Te probat esse suum.

Johannes Henricus Koch

Confiliarius Regius, & ad B. M. Virg.
Canonicus.

DISCAGION

Quae de Probatione Filiorum sunt
Justiniani Codice Imperatoris
Notata, Confuetudo quae confirmat,
Et erudita que libris sacerdotes,
Quos iustitia habet, edidere conscriptis;
Quae vera Filiatio cluat Legi;
Hac erudita, Amice discutis STOCKI,
Nonc paginam mereatur eugenio conatus
Bona verba Doctorum probaque Te profero.
Nec
altra quam probet, Themisque dignetur
Summis honoribus, Salana virtutem
Inquamque doctrinam lubens quibus matias.

En

PS (60) S.

En gratulor, STOCKI, secundet acclamans
Tuos honores Numinis favor, terris
Te filium suum poloque complexus
Sic, ut subinde honos comite tuis Fama
Succedat ædibus novus, vocerisque
Ad busta sero Candidatus aetere
Felicitatis, Filii DEI parte!

Nobilissimo & Consulcisimo Domino Can-
didato, Eautor & amico estimatisimo
votum hocce Pastorale ex intimo cordie
affectu adicere voluit

Johannes Melchior Gœzius,
S. S. Theologiae Doctor, Consil: Ducum
Saxo-Isen: & Brunsvicensium Eccle-
siasticus, Pastor ad D. Martini
Prim: & Scholarcha.

ET mea mi STOCCI, silent nunc carmina, postquam
Quis multum dignus præmia digna capis?
Absit, quin potius tantos Tibi grater honores,
Exposcunt virtus & tua dexteritas.
Ergo precor laudes crescant crescentibus annis,
Sit vegetum corpus robore continuo.

Ira applandebat

S. H. Lucanus, Secret:
& Archivar: Regim: Halberst.

H 2

Glo-

¶ (o) ¶

Gloria virtutis comes est, fidus Achates.
Hac præit; illius est unica cura sequi.
Prorsus ut umbra solet comitari luce renidens
Corpus, & ut Magnus respicit usque polum:
Sic honor insequitur veræ virtutis amantes,
Famaque doctorum splendida terga premit.
Quod si quis velit imprudens fortasse negare,
In TE MI STOCKI lumina cœca ferat.
TU semper magno virtutem amplexus amore,
TU nil fovisti pectore præter eam.
TU Themidos nostra custos rigidusque satelles.
TU Juris splendor Justitiaque decus.
Nunc TE splendescens DOCTORIS purpura vestit,
Lana humeros ambit murice tincta tuos.
Felix hoc faustumque sit. Deus adsit ut hocce
Possis incolumis semper honore frui.

*In honorem Nobilissimi Domini Doctorandi,
Amici sui integrissimi, gratulationis loco,
paucula hæc deproferavit,*

Johannes Heinricus Schmalian,
Regii Prussici Tribunalis, quod Halberstadii
est, Advocatus ordinarius.

Nö dem Du disputir'st; de filiationis
Probationibus: Ist die probation
Bey mir und iederman / Clienten und Patronis
Schon mehr als ausgemacht; Dass Du der The-
mis Sohn,

Wo

Se (o) 58

Wo solche Zeichen sind die man bey **Dit** erblicket
Da ist der Partus nicht suppositius;
Minerva hat ihr Bild in **Dit** so ausgedrücket/
Dass Sie Dich vor ihr Kind gewiss erkennen müßt,
Zwar dürftte mancher wohl in diesem Scimbel seihen;
Das argumentum ist die filatio,
Man hat ja bey **Dit** selbst noch keinen Sohn gesehen,
Non enim etiam non est affectio:
Alleine wer von **Dit** ein solches Urtheil fälsee
Der sieht nur auf das / was Er vor Augen hat;
Mir scheinet dieses Werk nicht eben so bestellet/
Und glaube ich das Du -- doch; Sapienti sat.
Die filatio ist nun an deiner Seite
Mehr als zuwohl probirt durch deinen DOCTOR

Hut.

Dergleichen Ehren/Stand gehört vor acht Leute,
Den Subdititiis gebührt kein Purpur/Blut
Ich wünsche Glück dazu. Es thäte dein Vergnügen,
Es sey dein Purpur/Schmuck voll edler Nutz-
barkeit.

So ist der höchste Grad von deinen Wunsch erfüllt,
So ist der Edle Stock mit Rosen überspreit,

Halberstadt den 22ten
Febr. 1702.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte seinen we-
hesten Herrn Collegen, Brüder und Freuns-
de, bey erhaltenem Doctor-Würde seins
dienstgefüllene Ergebenheit confe-
fret haben

A. J. Meuschen / Advocat:
Ordinar: Regim: Halberst.

Epigramma.

Doctoris nomen titulis accedere partis,
Et Te purpureum grator habere decus.
Non festinasti talem generosus honorem,
Inde diu merito gloria major inest.
Ornamenta tamen, sine me Tibi vera fateri,
Tu dabis huic titulo, non dabit ille Tibi.

Ita gratulabundus scribebat

Augustinus Henricus Meschmann,
Regii Borussici, quod est Halberstadii,
Regiminis Advocatus ordinarius.

Filius unde Patris proles genuina probetur,
Difficilem sumis scribere materiam:
Ait hanc, STOCKE, Decus Themidos Suadæq; Medulla,
Ingenio facilem cernitius esse Tuo.
Nec mirum Patriæ dudum notissima nostræ
Ingenii & Linguae est didita Fama Tuæ.
Hoc tamen admiror, cur dicta Astræa vetustis
Virgo siet, mater quæ Tua vera fuit.
Non conjecturis opus, aut rumore patrono
Tota sed Hemipolis, Jenaque testis adeſit.
Quoque minus dubites, en ipsa Astræa parentem
Fassa, Tuum merito cingit honore caput.
Gratulor, & voveo tandem Tibi Filius adſit
Qui ratione pari Te prober esse patrem.

*Pre-Nobilissimo atque Eruditissimo Domino Autori,
College & Amico suo per quam dilecto ex singula-
ri affectus testimonio hoc scribebat*

Fridericus Augustus Ritzenberg.
Der

Ps (o) 56

DEr wie ein dürrer Stock in seiner Eh gewesen/
Und nicht/wie Aarons Stab beliebte Frucht gereicht/
Will izo vom Beweis der Kindschafft künftlich lesen/
Ob er gleich noch zur Zeit kein ehlich Kind gezeuge,
Was selzames/ er will von Praxi disputiren
Und ist kaum/wie am Tag/ ein Theoreticus
In seiner Eh er lehrt Effectum zu probiren/
Da Causa doch bey Ihm vermuhtlich schlechte seyn muss.
Doch hat er sein propo ganz glücklich ausgeführt/
Und seinen weisen Geist/ der ganzen Welt gezeigt/
Die Ihn derhalben auch mit Docto-Würden ziert/
Und ihren Purpur-Schmuck um seine Achseln heuge.
Ich gatuli' hierzu/wünsch/dass Sie stetig frige/
Und das sein Nahm' und Ruhm/sich stetig höher schwing/
Doch so/dass selbiger sich auch im Saamen zeige/
Und praxis hier zugleich/wie Theorie geling.

*Ita Nobilissimo Domino Doctorando,
College suo honoratissimo gra-
tulabatur*

Johann Tobias Beyer / Regii
Prussici Regiminis Halberstadii quod
est, Advocat: Ordinarius.






Jena, Diss., 1702

VD -18

f



56.





Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

DISSESSATIO JU
PROBATIONALIA
SUPPOSIT
Bey = oder hin
ET TOTA MATH
AUTOR IN FORO CO
LOCO CONVEN
DE O
IN INCLUTA
PRO
HONORES DOCT
Rite &
publicæ disquisit
FRIED.
Regim. Reg. Boru
Ob intervenientem vero illius
in lucem edide
Literis WE

FRIED
UNIVERS.
VTHALIE